BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
1 H
21

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
M

53. S. 19.

8-1-H-21

EXPLICATIONES CATHOLICAE LOCORVM FERE OMNIVM Veteris ac Noui Teſtamenti,

QVIBVS AD STABILIENDAS HÆRESES NOSTRA TEMPESTA-ſtate abutuntur Hæretici:

PER REVERENDISS. IN CHRISTO Patrem D. D. FELICIANVM CAPITONVM *Narnienſem, ex inſtituto fratrum Seruorum, Eccleſiæ Auinionenſis Archiepiſcopum, collectæ:*

Et per Reuer. P. Fr. GAVDIOSVM FLORIDVM de Peruſio, Seruitanæ Familiæ Theologum, in tres partes digeſtæ, eodemq́ curante nnnc primum in lucem editæ.

Cum fideliſſimo, atque copioſiſſimo rerum notabilium indice.

Opus profectò omnibus Scripturæ ſacræ ſtudioſis, præcipuè Theologis, Concionatoribus, ac Lectoribus Catholicis, animarumq́; Curatoribus ſummè perutile.

COLONIÆ,
Apud Maternum Cholinum.
Cum gratia & priuilegio Cæſ. Maieſt.
cIɔ. Iɔ. LXXXI.

Bibl. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu
Vittorio Emanuele Biblioteca in Roma

B. L. H. 21

F. LEONARDI RONCI-LIONI BRIXIANI

ΔΙΑΛΩΓΙΣΜΟΣ.

ITALIAM linquens heros quis Gallica ſubit
Regna? triũphaliq; ſacro perpollet honore?
FELICIANVS ego Mariæ ex ordine ſeruum,
FARNESII gratia geſtans redimicula Mitræ.
Quem librũ innocua videris ꝓtẽdere manu?
Vel cur ita geſtis ſanctum defendere cœtum?
Chriſti equidem ſponſæ teneor, multumq; debebo,
Cuius hic officij extabit per ſecula teſtis:
Quo machinæ hæreſeos facilè euelluntur ab imo.
Quinã ſunt hoſtes? vtũtur vel quibus armis?
Gens inimica nobis, Caluini perfida proles
(Proh dolor) infidum genuit quã & Dogma Lutheri,
Voceq; ferali tentantes ſoluere Ieſum
Scripturæ ſenſu peruerſo indagine ficta:
Quem mea nitorem ad priſcum iam cura redegit.
En age quid facient infractis infidis armis?
Squallentis miſeri tendent Acherontis ad vndas.

ILLVSTRIS.MO
AC REVERENDISSIMO D. D. ALEXANDRO FARNESIO, S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,

FR. GAVDIOSVS FLORIDVS PERVSINVS, EX Seruorum familia Theologus, S.P.D.

CVM FERE NVLlum ex literarũ monumẽtis extet ALEXANDER Fárneſi Cardinaliũ Senatus clariſſimum lumen, quod non vtilitatis aliquid hominũ generi afferat, ac proinde ſua dignum ſit laude; maximè tamen illud cæteris mihi præſtare ſemper viſum eſt, & maiore, vt ait Horatius, plectro concinendum, quòd homines non ſolùm à voluptatibus, vitæque lenocinijs leuiter auocat, & ad mitiora hortatur ſtudia; verum etiam eoſdem

maximis implicatos criminibus, ac infinitis penè inuolutos erroribus, ad ſaniorem nititur mentem reuocare. Huiuſmodi enim ſcriptorum authorem, cui melius, quàm ipſi immortali Deo quodammodo comparare mihi liceat, haud inuenio: vt enim Deus Opt.Max. hominum mentes dū ſua illuſtrat gratia, eas ab impietate ad rectam traducit viuendi rationem; ita huiuſmodi eruditos viros, qui ſcriptis ſuis doctrina ſumma refertis, perditos hominum mores corrigere, & à falſa animi opinione, vitaq́; impura ad pietatis cultum, ad veram religionem, officijq́; Chriſtiani iura excolenda traducere ſtudent, minores quoſdam propemodum Deos non immerito dixerim. In quorum venerādo cœtu Felicianum Capitonum Auinionenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, virum excellēti præditum ingenio ac doctrina, iure repoſuerim. Ille enim volumen aduerſus hæreticos noſtrorū præſertim temporum doctiſſimè compoſuit; quo omnes loci tum veteris tum noui teſtamenti pleniſsimè explicātur, quibus hæretici ad perdendas hominū animás, ad confirmandasſus ahæreſes

ab-

abutuntur. Cui operi cùm ille tanquam faſtigium morte præuentus imponere non potuiſſet, tu mihi Cardinalis ampliſſime, cùm tuam illam manum veniſſem deoſculatum, quę in adiuuandis eruditis hominibus ſemper occupata, nunquam defatigata eſt, illud vt abſoluerem, mandaſti. Quod pro meo tenui ingenio, ea qua potui diligentia prę ſtiti. Idq; eò libētius ſuſcepi, quod mihi oblatam videbam eſſe occaſionem mei in illum aliqua grati animi ſignificatione teſtificandi amoris. Cùm enim multis alijs nominibus vir hic præſtantiſſimus mihi ſemper amandus atque obſeruandus fuit, tum hoc maximè ſibi me plurimum deuinxit, quòd quicquid in me eſt eruditionis, illi totam acceptam refero, me enim ſemper in ſtudijs aluit, ad virtutem vehementer incitauit, ad eaq; conſequenda, quæ maxima animo propoſuerã, fideliter adiuuit: Hic vnicum vitæ meę extitit ſolatium; illius ſocietas & præſens vita mihi fuit iucundiſſima, ſeparatio verò grauiſſimum inflixit vulnus; eo enim ſum deſtitutus, qui mihi fidele auxilium, conſiliumque ſalutare præſtabat. Quare niſi eo ſaltē, quo poſ-

ſem modo, ſtuderem gratiam referre, merito ingrati animi notam ſubire viderer: quod crimē incredibile eſt, quam ſim ſemper auerſatus; nullum enim eo vnquam tetrius vitium ac naturæ hominis alienius eſſe duxi, ſemperque ingratos exiſtimaui non eos modo, qui prouocati beneficijs, gratiam referre ſtuderent nullam, ſed omnes prorſus, qui, quibus in viris aliquam virtutis exuperantiam animaduertiſſent, non eos omni obſeruantia colere, omnibus modis ornare, omni deniq; genere prædicationis celeberrimos efficere contenderent. Verùm ſi illius virtutes non pro dignitate quidē, hoc enim vix à me fieri poſſet, ſed aliqua ex parte recenſere voluero, dolor, quem ex eius morte percepi, licet temporis iam longinquitate aliquantulum ſit diminutus, reuiuiſcet tamen, & incrementum ſuſcipiet; non quod eius vice dolere debeā, cuius animam in Cœlū euolaſſe mihi facilè perſuaſerim; ſed quo illo ſim priuatus adiutore, qui tot tantiſq; eſſet virtutibus cumulatiſſimus. Quas enarrare, non eſt conſilium: Si enim eas dicere pararem, vix vlla verba inueniri poſſent, quæ

tantas illius animi dotes æquarent: eis itaque penè infinitis omiſſis, ad eius libros redeo; qui quanto ſint omnibus futuri emolumento, ſapientum virorum erit iudicium; ego tantum dicam, inter cæteros libros, qui hactenus in religionis Chriſtianę defenſionem ab hominibus eruditis in lucem fuerũt emiſſi, hos mihi videri locum non infimum tenere: his enim quaſi manũ omnibus admouere voluit, vt ſtantes non caderent, lapſique ſubleuantem haberent; dum illud egit, vt qui nefaria nondum hæreſis peſte eſſent polluti, verùm ſcripturarum ſenſum intelligentes, intacti ſeruarētur atq; ſynceri; qui vero iam ea forent infecti, curarentur, & errorum ſuorum conuicti, reſipiſcerent, & ad Chriſtianæ veritatis cognitionem redirent: magno enim labore, ſummoque ſtudio ea omnia in vnum, quaſi corpus redegit, quæ hac noſtra tēpeſtate inter Catholicos & hæreticos ſunt controuerſa; quibus ex Doctorum, tum Græcorũ, tum Latinorum ſententia, quorum ſcripta iam multa ſecula Romana comprobauit Eccleſia, veram atq; Germanam adhibuit interpretationem.

Qua in re operam dedit, vt ſuo capiti quam ſimillimus efficeretur: vt enim Chriſtus Chriſtianorum omnium, & prçcipuè Eccleſię paſtorum caput prius cœpit facere, deinde docere, ita Felicianus ſingulari vitæ ſanctimonia vir, inſigniq; eruditione, prius operi manũ admouit, poſtea verò cæteros ad piè ſanctéque viuendum, religionemq; Chriſtianam tuendam atq; conſeruandam conatus eſt erudire. Quare cùm fecerit ſimul & docuerit, quis eum iuxta Chriſti promiſſum in Cœlo magnum vocari, atq; in conſpectu Patris ſui, ſicut ſolẽ inter minora ſydera, fulgere non dicat? Cuius fulgoris ac gloriæ, te non in omni tantùm æternitate, ſed in hac quoq; vita vir gratus tuorumq; beneficiorum memor participem eſſe voluit: mihi enim ante obitum ſuum affirmauit, ſe hos libros, cùm in lucem emitteret, tui nominis inſcriptione honeſtare atque ornare ſtatuiſſe; facilè ſe aſſequuturum ſperans, vt ex hoc, quæ illius in te obſeruantia, amor, ac ſtudium eſſet, omnes intelligerent Neque profectò illi ſecus faciendum erat, vt cuius tu laboris auctor adiutorq; fuiſſes, eius etiam fructus

in tuo potiſſimum nomine appareret. Tua enim effectum eſt liberalitate, vt ipſe varia florens rerum cognitione, ad hunc ſe tantum laborem ſuſcipiendum adiũxerit. Quam ob cauſam dignus es, qui ſummis efferaris laudibus: cũ enim omnis virtus honorabiles amabileſque faciat eos, in quibus eſt; tum ea præcipuè, quæ foràs patet, totaq; ſeſe ad alienas vtilitates proijcit: quo in genere beneficentiam liberalitatemq; pónimus; qua tu cùm ſemper ita florueris, vt omnem gratiam atq; authoritatem tuam nunquam non libentiſſimè contuleris ad iuuandos eos, in quibus cauſa eſſet aliqua, cur iuuari deberent; mirum non eſt, ſi ita te literárum ſtudijs exculti homines certatim ornare ſtudeant, vt in te laudando propriam ſibi quandam ipſi gloriam quærere videantur. Quod non ideo dico, vt id ego nũc præſtare velim: ſatis enim exploratũ habeo, te minimè omnium, aut meo, aut cuiuſquam præconio indigere: omnis nanque tuæ vitæ ætas ea fuit claritate ac ſplendore, vt illuſtrare potius illa alios, quàm aliena ipſa luce illuſtrari debere videatur: Te enim, quem vnquam Cardinalium ſe-

natus habuit, aut iuſtitia, aut æquitate, aut conſilio, & prudentia, aut diuinarũ humanarumque legum cognitione & ſcientia ſuperiorẽ? verum vt dixi, haud mihi libet in præſenti tuarum laudum immenſum pelagus ingredi: difficilior enim ad portum reditus, quo magis in altum daretur progreſſus. Peritiorem nautam latum hoc mare deſiderat, firmioribus remis, veliſq; plenioribus hic opus eſt. Non ea eſt mihi ſtyli elegantia, non illud orationis flumen, quod ad celebrandas extollendaſque pro dignitate tuas laudes mihi adeſſe neceſſarium eſſet; proinde vberius de illis copioſiuſque dicant alij, quibus maior ſcribendi copia, limatiuſq; dicendi genus tributum eſt. Me verò, vt hæc rudi Minerua dicerem, & impulit Feliciani in te ſtudium, atque obſeruantia, & compulit tua æqua voluntas, cui placuit, vt quæ vir doctiſſimus ad omnium ſcripſiſſet vtilitatẽ, accuratè quàm primùm percurrerem, & ſi quæ ille morte præoccupatus prætermiſiſſet, adderem, eaq; expolirem, quæ ipſum, ſi vita ſuppeditaſſet, expoliturum eſſe exiſtimaſſem. Id fauente Deo, ea, qua licuit, celeritate

peregi.

peregi. Qua in re, ſi quid vtilitatis ac lucis meo labore attulerim, lætor; ſin minus ſatis habeo, nullum me erga Felicianum de me optimè meritum grati animi ſignum prætermiſiſſe; ſed quacunque re potui, meam apud homines in illum teſtatam voluntatem reliquiſſe. Accipe igitur Romanæ Eccleſiæ columen, præclarum opus à te diu expetitum, quod excellentiſſimi Feliciani ingenij ac doctrinæ monumentum extabit perpetuum, ſuæque erga te obſeruantiæ non minimum argumentum; diligenter quidem à me expolitum, & auctum, tuoq; clariſſimo nomini conſecratum. Tuæ enim auctoritatis clypeo tectum, ac munitum, ſub tuæque dignitatis amplitudine typis æneis editum, confiſus eſt Feliciannus, cùm ab inuidorum morſu tutius illud quidem, tum omnibus charius atque iucundius futurum. Vale. Datum Venetijs, pridie Kalend. Februarij. cIↃ. IↃ. LXXIX.

AVTHOR.

AVTHOR LIBRO SVO:

ROMVLEAM, variaſq́; volēs volitare ꝑ vrbes
Care liber tecum nomina noſtra ferens,
Effuge Lectores tetrici liuoris amantes,
Mordacis linguam fœtidulamq́; caue,
At ſi fortè cadet (iubeo) ſecurus abito,
FARNESII (credas) nomine tutus eris.

IN INVIDVM.

INVIDE quid ſpectas ſcripta hæc Capitonia tor-(uè?
Tantum cur lanias Zoile turpis opus?
Deſine mordaci lingua fœdare labores
Alterius, deſine hunc carpere dente virum.
Et caue concuſſam cœleſti numinis iram
In tua tendentem viſcera, corda, iecur.
Non equidem tibi ſunt hæc (ſic mihi crede) parata,
Sed tantum doctis ſcripta ſeuera viris.
Iſta legat Sophiæ ſacro correptus amore
Quiſque ſit, & facili mente reuoluat opus.
Hinc verò, quid ceſſas? Tu liuide triſtis abito.
I, fuge, iam naſum Rinocerotis habes.

NOMINA DOCTORVM CATHOLICORVM ET CONCILIORVM:

Ex quorum doctrina & ſcientia, Hæreticorum dicta & facta memoratu digna impugnantur, præterea, quæ ex propria officina Authoris dicentur.

ABdias de hiſtoria Apoſtolorũ.
Adrianus I. Põtifex Maximus.
Adrianus VI. Pont. Max.
Albertus Magnus.
Albertus Pighius.
Alexander de Ales.
B. Alexãder Papa & mart.
Alphonſus à Caſtro.
B. Ambroſius Doctor Eccleſiæ.
Ambroſius Catherinus.
Antoninus Archie. Florẽ.
Anacletus Papa.
Annius Viterbienſis.
B. Anſelmus Cantuarien.
Apolinaris.
Aquila.
Ariſtoteles.
Archidiaconus.
B. Athanaſius.
B. Auguſtinus Doct. Eccl.
Aulus Gellius.

BAſilius Magnus.
Beroſus.
B. Bernardus.
Boëtius Seuerinus.
B. Bonauentura Cardina.

CAliſtus Papa.
Canones Apoſtol.
Carterius.
Caſsianus.
Caſsiodorus.
B. Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Ieroſolymitan.
Concilium Aghatenſe.
Concilium Aphricanum.
Concilium Aurelianẽſe.
Concilium Bracharenſe.
Conciliũ Calcedonenſe.
Concilium Cõſtantinop.
Concilium Conſtantien.
Concilium Elibertinum.
Concilium Epheſinum.
Concilium Florentinum
Con-

Concilium Gerundenſe.
Concilium Hiſpalenſe.
Concilium Lateranenſe.
Concilium Lugdunenſe.
Concilium Meldenſe.
Concilium Moguntinũ.
Concilium Miluetanum.
Concilium Nicenum.
Concilium Triburenſe.
Concilium Tridentinũ.
Concilium Viennenſe.

B. DAmaſus Papa.
Diodorus Siculus.
Didimus.
B. Dionyſius Ariopagita.
Dionyſius Carthuſianus.

EMpedocles.
Ephorus.
Epiphanius.
Eſtius.
Euſebius Pamphili.
Eucherius Epiſ. Lugdun.
Euſebius Emiſſenus.
B. Euſebius Cæſarienſis.
Euthymius.

FAbianus Papa & mart.
B. Franciſcꝰ Georgius.

GLoſa interlinearis.
Gloſa ordinaria.
Gratianus.
Gregor. Papa & Eccl. do.
Gregorius Nazianzenus.
B. Gegorius Niſſenus.
Guido Carmelita.
Guilhermus Epiſ. Pariſiẽ.
Guilhermus Durandus.

HAymo.
Herodotus.
Hecatheus.
Hilarius.
Hieronymus Eccl. Doct.
B. Hieronymus Ægyptiꝰ.
Hiſtoria ſcholaſtica.
Hoſtienſis.

IGnatius.
Ignatius Epiſ. Remẽſis.
Index librorũ prohibit.
B. Innocentius I.
Innocentius II.
Innocentius III.
B. Iohannes Chryſoſtom.
Iohannes Gerſon.
B. Iohannes Damaſcenus.
Iohannes Arboreus.
Ioſephus.
Ireneus.
Iſichius.
Iſidorus.
Itinerarium Clementis.
Iuſtinus Martyr.

LActãtius Firmianus.
B. Leo Magnus.
Lucanus.

Ma-

MAcrobius Cenſor.
Magiſter hiſtori.
Manæthes.
Maximus.
Mochus.
NIcephorus.
Nicolaus Papa.
Nicolaus de Lyra.
OEçumenius.
Origenes.
PAcianus.
Panhormitanus.
Petrus da Palude.
Petrus Lombardus.
Petrus de Aliaco.
Philaſter.
Philo Iudæus.
Pius Papa & martyr.
Plato.
Plinius.
Procopius.
RAbanus.
Rabbi Salomon.
Rabbi Moyſes.
Remigius.
Riccardus de media Villa
Riccardus de ſancto Victore.
Ruffinus.
SAnzomenus.
Scotus.
Seneca.
Seuerianus.
Siritius Papa.
Strabus.
Suetonius Tranquillus.
Symmachus Papa.
Synodus Anglorum.
Synodus Laodicenſis.
TErtullianus.
Theodoretus.
Theodoritus.
Theodorus.
Theophylus Alexandrin.
Theophylactus.
B. Thomas Doctor Angelicus.
B. Thomas Caietanus de Vio Cardinalis.
Thomas Vvaldenſis.
VEn. Beda.
D. Vgo Cardinalis.
Vgo de ſancto Victore.
Victorinus.
Vincentius Lyrinenſis.
Virgilius.
XENOPHON.
ZACHARIAS Papa.

F I N I S.

INDEX MATERIARVM MAGIS NOTABILIVM HOC OPERE CONTENTARVM.

De Abſtinentia & delectu ciborum atque ieiunio,par.1.explic.13.& par.2.ex.6.16.26.93.& par.3.ex.26.42.& 83.
De Adoptione filiorum Dei, par. 3. ex. 16.18.
De Adoratione Dei & Sanctorum,par. 1.ex.46.47.58.
De Adoratione imaginum,par.1. ex.32. 56.58.
De Adulterio,par.3.ex.33.
De Angelorum erga homines officio & cuſtodia,par.1.ex.31.& par.2.ex.30. deque eorum creatione & dignitate, par.3.ex.69.
De Antichriſto, par.1. ex. 37.& par.3.ex. 77.
De Aqua benedicta,par.3.ex.83.
De Anima & corporis humani origine, par.1.ex.4.& par.3.ex.60.
De Baptiſmate eiusq; virtute, materia, & cærimonijs,par.2.ex.5.44.63.65.85.

& par.3.ex.51. & de Baptiſmate paruulorum, part.2.ex.44
De Beatitudine ac damnatione ęterna, part.1.ex.63 & par.2.ex.61.
De Benedictionibus creaturarum, par.1.ex 38.& 54.
De Caſtitatis voto, par.3.ex.87.
De Circunciſione, part.3 ex.56.
De Chriſti paſſionibus, part.2. ex.14 43. 59 60 81.
De Clauibus & poteſtate eccleſiaſtica, par 2.ex.84.
De Confeſſione, contritione, ſatisfactione, & toto ſacramento pœnitentiæ, par.1.ex.55.60.67.69. & par.2 ex.4.52. 53.& 82.
De Confirmationis ſacramento, par.2. ex.91.
De Cōſcientiæ obligatione, par.3.ex.27.
De Cōmunione ſub vtraq; ſpecie, par. 2 ex.74.
De Cruce atque eius honore, par. 2.ex. 64.& 83.
De Deſcenſu Chriſti ad inferos, part.1. ex.59.
De Dilectione inimicorum, part.2.ex.9.
De Eccleſiaſtica auctoritate, part.2 ex. 29.

De

De Eccleſiæ duplici gladio, par.2.ex.20. & par.3.ex.24 & 25.
An Epiſcopus ſit ordo, par.3 ex. 38 & de epiſcoporũ cõditionibus, part 3 ex 81.
De Euangeliſtarum concordia, part. 3 ex.54.
De Euangelij & legis comparatione, par.1.ex.73.
De Euchariſtiæ ſacramento, part.2. ex. 38.39.40.86 95. deq́; adhibenda præparatione, par.3.ex.47.
De Excomunicatione, par.3.ex.32.
De Extrema vnctione, par.3.ex.100.
De exorziſmi virtute, par.1. ex.54.
De fide, fiducia, & operibus, par.1.ex.18. 27.par.2.ex.17.23.24.51 56.72.78.88 par. 3.ex.28 & 29.
De Fomite & concupiſcentia, par.3.ex. 14.
De Fundamento & capite eccleſiæ duplici, par.3 ex.31.& 61.
De Fornicatione, par 1 ex.21.22. & 24.
De Gratia, libero arbitrio, & operum meritis, par.1.ex.11.27.28.30.62.65.66. 68.70.par.2.ex.13.33 56.73.8.par.3.ex.12. 17.23 36.
De hæreſi & hæreticis, par 2 ex.13 20.25. 38.94.& par. 3 ex 45.59.

De homicidio,par.1 ex.34.35.52.25.
De indulgentijs,par 1.ex.72.
De inuocatione atque interceſſione ſan ctorum,par.1.ex 26 46.53.57.& part. 2. ex 77 88 & par.3.ex 63 & 29.
De iuramento & iure iurando, part. 2. ex 8.
De iuſtificatione,part. 1 ex.18.61 part.2. ex.5 6 7 8 19.23.
De magiſtratus in rep. neceſſitate, par. 2 ex 34.& par.3 ex 24.
De maleficis tollendis,par.1.ex 23 & 29.
De Mariæ virginitate perpetua, part. 2. ex.1.
De matrimonio & primis & ſecundis nuptijs deque repudio atque virginitate,part.1 ex.3.6 19 64.74 & par.2. ex. 7 32 62.& par 3.ex 36.39.41.& 67.
De mendacio,par.1 ex.24
De Mercatura,part.2 ex.48.
De Meſſiæ aduentu,par 2.ex 69.
De Militia & bello,par 2 ex 41.
De Miſſæ ſacrificio eiusq; partibus, par. 2 ex.37 58 & part 3 ex 46.
De Numero electorum & reproborum par 1 ex. 50.
De Monachatu & votis ſolennibus,par. 2.ex.27.

De

De obſeruatione feſtorum, par. 3 ex 26. & 24.
De obedientia præſtanda, part 2. expl. 89.
De officio eccleſiæ, part 3 ex. 65. & qua lingua celebrandum. part. 3 ex. 48.
De opere monachorum & aliorum eccleſiaſticorum, part. 1. 8. 49. & part 2. 21.
De oratione mentali & vocali, necnon de cantibus eccleſiaſticis, part. 2 ex 10. 11. 66. 82 & par. 3. ex. 18.
De originali peccato, par. 1 ex. 61. & par. 3. ex. & 10.
De paſtorum officio part. 2. ex. 19. 25. & par. 3 ex 49. 53. & 64.
De poſſeſſione bonorum temporaliũ ab eccleſiaſticis, par. 2. ex. 18.
De peccato in Spiritum ſanctum par. 2. ex. 22.
De prouidentia præſcientia prædeſtinationeq; Dei, part 1 ex. 68. part. 2. ex. 12. 55. & part. 3 ex. 19. & 21.
De præceptis & conſilijs & operibus ſupererogationis, par. 3. ex. 40. & 43.
De purgatorio, par. 3. ex. 30.
De reſurrectiõe mortuorum, part. 2. ex. 36 par. 3. ex. 52.

De Romani Pontificis primatu & authoritate, part.2 ex.225.8.34.37 90.
De Sacramentis nouæ legis, part. 3. ex. 22.
De Scripturæ ſacræ vtilitate, intellectu. & approbatione part.1.ex.42.part.2 ex.50.par.3.ex.4.55.
De ſepultura mortuorum præſertim eccleſiaſtica, par.3.ex.15.
De Spiritus ſancti proceſſione, par.2.ex. 29.
De ſtellarum poteſtate & ſato, par.1. ex. & par.2.ex.2.
De Templis & eorum ornatu, par.1.ex. 72.& part.2.ex.48.& 77.
De Traditionibus eccleſiaſticis, part. 1. ex.45.& par.2.ex.45.& par.3.ex.54

FINIS.

SE-

SERIES LOCORVM VETERIS TESTAMENTI, QVI IN PRIMA PARTE, continente Explicationes ſeptuagintaſeptem dilucidantur.

Gen.1.li.D FIANT *luminaria in firmamento cœli & diuidant. &c.* 1
Gen.1.D Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. 2
Gen.2.D Creſcite & multiplicamini, & replete terram. 3
Gen.2.A Formauit igitur dominus Deus hominem de limo &c. 4
Gen.2.B Plantauerat autem dominus Deus paradiſum voluptatis, &c. 5
Gen.2. C Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. &c. 6
Gen.2.D Appellauitq́ Adam nominibus ſuis cuncta animantia. 7
Gen.3.D In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. 8
Gen.6.A Videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, &c. 9
Gen. 6. A Gigantes autem erant ſuper terram. 10
Gen.6.A Videns autem Dominus quòd multa malitia eſſet in terra. 11
Gen.7.B Rupti ſunt omnes fontes Abyſſi magnæ, & cataracta &c. 12

Gen.9.A Et omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum. 13
Geneſ.9.D Cœpitq; Noë vir Agricola exercere terram. 14
Geneſ. 9.D Vixit autem Noë poſt Diluuium, &c. 15
Geneſ.11.A Erat autem Terra labij vnius, & ſermonum, &c. 16
Geneſ.14. D At verò Melchiſedec Rex Salem &c. 17
Geneſ 15.B Credidit Abraham Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. 18
Geneſ.16.A Ecce concluſit me Dominus ne parerem. 19
Gen.17.C Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit in corde ſuo. 20
Gen. 19.B Habeo duas filias quæ necdum cognouerunt virum 21
Gen.19.G Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorum remanſit. 22
Gen.20.D Orante autem Abraham ſanauit Deus Abimelech. 23
Gen.27.C Ego ſum Eſaù filius tuus primogenitus. 24
Gen.32.E Traductiſque omnibus, quæ ad ſe pertinebant. 25
Gen.48.C Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis. 26
Exod.1.D Et quia timuerunt obſtetrices Deum, &c. 27

Exod.

Exod.7.A *Sed ego indurabo cor eius & multipli cabo ſigna.* 28
Exod.7.B *Tolle virgam tuam & proijce eam coram Pharaone.* 29
Exod.9 C *Idcirco autem poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam.* *Expl.*30
Exod.12.B *Et tranſibo per terram Aegypti nocte illa.*31 *(me.*32
Exod. 20. A *Non habebis Deos alienos coram*
Exod.20.A *Ego ſum Dominus Deus tuus fortis et Zelotes, viſitans, &c.* 33
Exod.20.B *Non occides.* 34
Exod.23.A *Inſontem & iuſtum non occides: quia auerſor impium.* 35
Exod.32. G *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me, &c.* 36
Exod.34.D *Et ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio, &c.* 37
Leu. 9.D *Et extendens manum ad populum benedixit ei.* 38
Leu.10.B *Vinum & omne quod inebriare poteſt non bibetis, tu & filij tui.* 39
Leu.20.B *Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterq; operatus eſt, &c.* 40
Num.20.B *Audite rebelles & increduli; Num de petra hac, &c.* 41
Num 21 C *Scriptũ eſt in libro bellorũ Domini.*42
Num.23. C *Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis, &c.* 43
Num 24.D *De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias Ciuitatis.* 44

Deu.6.B Dominum deum tuum timebis, & illi ſoli ſerujes. 46
Deut.6.C Non ibitis poſt Deo alienos cunctarum gentium, &c. 47
Deut.10.D Deus noſter & Deus Deorum eſt, & dominus dominantium. 48
Deut. 15.A Et omnino indigens & mendicus non erit inter vos. 49
Deut.32.B Conſtituit terminos populorũ iuxta numerum filiorum, &c. 50
Ioſue.10.C Sol contra Gabaon ne mouearis & luna contra vallem, &c. 51
Iudic.11.G Iephte immolat filiam ſuam vnicam. 52
Reg.15.G Veruntamen lugebat Samuel Saulem: quoniam, &c. 53
Reg.18.C Poſt diem autem alteram inuaſit ſpiritus Dei malus Saul. 54
Reg.12. Et dixit Dauid ad Nathan. peccaui Domino, &c. 55
Reg.18.A Confregitq́; ſerpentem aeneum. &c. 56
Reg 22.D Idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris, &c. 57
Eſt.13.D Sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, &c. 58
Pſ.15.ver.10. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, &c. 59
Pſ.18.ver.13 Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda, &c. 60
Pſ.31.ver.2. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. 61

Prou.20.D A domino diriguntur greſſus viri. 62
Eccleſ.1.B Quid eſt quòd fuit? ipſum quod futurum eſt. 63
Sap.8.D Et vt ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens. 64
Eccleſ.15.C Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum, &c. 65
Eccleſ.33.B Quaſi lutum figuli in manu ipſius. 66
Iſa.43.D Ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas, &c, 67
Iſa.45.A Ego dominus & non eſt alter, formans lucem, & creans. 68
Iſa.53.A Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros, &c. 69
Iſa.64.B Et facti ſumus vt immundus omnes nos, & quaſi pannus, &c. 70
Iſa.65.C Ecce enim, ego creo cœlos nouos & terrã nouam. 71
Iſa.66.A Cœlum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum, 72
Hiere.31.F Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eius. 73
Oſe.1.A Dixit dominus ad Oſeam, vade ſume tibi vxorem fornicationum. 74
Ione.1.A Et dixit ad eos tollite me & mittite in mare. 75
Mich.6.B Quid dignum offeram Domino? 76

EXPLICA=TIONVM CATHO-LICARVM, LOCORVM FERE OMNIVM, veteris ac noui Teſtamenti:

Quibus ad ſtabiliendas hæreſes noſtra tempeſtate abutuntur hæretici,

Pars Prima:

Per Reuer. D. FELICIANVM CAPITONVM, Eccleſiæ Auinion. Archiep. collectarum.

EXPLICATIO PRIMA.

Fiant luminaria in firmamento Cœli, &c. Gen. 1. B.

SVMMÆ.

I. Stellæ præmonſtrare actus humanos, nec tamen homines cogere, Origenis damnatur opinio.
II. Stellæ in genituris hominum nihil efficiunt.
III. Stellæ & aſtra creantur in miniſteriũ hominũ.

SCRIPSIT Moyſes, *Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento Cœli, & diuidant diem, ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos, vt luceãt in firmamento cœli, & illuminent terram.* Gen. 1. Expoſitio propoſitionis.

Euſebius Pamphyli. *terram*. Refert Euſeb. Pamphyli li. 6. de Præparatione Euangelica cap. IX. Origenis opinionẽ

Opinio Origenis de ſtellis. de ſtellis fuiſſe, quòd in illis ſignificationes futurarum rerum, quæ hominibus venturæ eſſent, ſeruata tamen liberi hominis arbitrij li-

I. bertate, Deus depinxerit; † Ita fermè, vt quiſq; honores, dignitates, opes, ægritudines, exilia, vitam & mortem, in illis legere poſsit, & intueri.

Procopius in Geneſ. Porrò hanc opinionẽ Procopius exponens verba Geneſis: Poſuit ſtellas in firmamento Cœli; tanquam minimè Catholicam, & homine Chriſtiano indignam improbauit, propterea quòd his aſtrorum ſignificationibus Chriſtiani haud indigeant. Nam quid ſequendũ, quidve fugiendum, & quæcunque aut facere, aut vitare oporteat, in lege diuina plenisſimè legere, & intueri poſſunt. Atq; quid opus eſt Chriſtiano cœlorum aſpectus. & coniunctiones cõſiderare, quando euentus omnes à Deo pendeant, neque capillus de capite ſine illius voluntate cadat? Meminit ſcriptura magni dilu-

Geneſ. 7. uij tempore Noë, & admirandæ Sodomorum,

Geneſ. 19. & Gomorreorum euerſionis, neque tamen eorum prçcognitionem in aſtrorum lectione, aut in ſtellarum aſpectu, ſed in Dei reuelatione at-

Geneſ. 37. que voluntate poſuit. Ad hæc, quæ Ioſeph, vel à fratribus, vel ab Aegyptijs ventura erant, non in aſtris legit, ſed per reuelationem, à Deo in ſomnijs factam, didicit. Et multa his ſimilia in ſcriptura reperiuntur. Hinc alij peiorem ſequuti opinionem, ſuperſtitioſam illam & dam-

nabi-

nabilem aſtrorum obſeruantiam, qua, relicto creatore, numina, fata, euentus, neceſsitateſque in creaturis coluntur, induxerunt; Sed quis exiſtimet, quàm graue, quàm impium ſcelus ſit hoc, vt relicto naturali Solis & ſtellarum vſu, propter quem Deus condidit illas, fauſtos dies vel infauſtos augurari. † Quis non horreat eorum amentiam, qui ſtellarum aſpectibus, planetarumq; coniunctionibus humanæ vitæ bonum ſiue infauſtũ curſum tribuunt? Quis non lugeat veſaniam multorum; qui, cædes, adulteria, furta, proditioneſque à planetis proficiſci volunt? Equidem iniuriam inferunt creatori, cùm creaturis tribuunt, quod ille, vel ſibi, vel libero hominum arbitrio reſeruauit? Dumq; ſtellas ſuſpiciunt, planetas admirantur, Deum omnium rerum factorem culpant, qui eas iſtiuſmodi peſsimorum effectuum cauſas procreauerit. Hos certè Aug. lib. 5. de Ciu. Dei. cap. 7. exclamando deridet: O ſingularem, ait, ſtultitiam, eligitur dies, vt ducatur vxor, credo propterea, quia poteſt in diem non bonum, niſi eligatur, induci, & infeliciter incurri. Vbi eſt ergo, quòd naſcenti iã ſydera decreuerunt? An poteſt homo, quod Dei prouidentia iam conſtitutũ eſt, diei mutatione mutare? Et quod ipſe in eligendo diem conſtituerit, non poterit ab alia poteſtate mutari? Et parùm pòſt: Si autem propterea valent ad has res dies electi, quia terrenis omnibus corporalibus, ſiue animantibus, ſecũdùm diuerſitates temporalium mo-

11. (margin)

August. lib. 5. de ciuit. Dei. cap. 7. (margin)

momentorum, ſyderum poſitio dominatur; Conſiderent, quam innumerabilia ſub vno tẽporis puncto vel naſcantur, vel moriantur, vel inchoentur, & tam diuerſos exitus habeant, vt iſtas obſeruationes cuiuis puero ridendas eſſe perſuadeant, hactenus Auguſtinus. Et rurſus eodem libro cap. 1. deridet eos, qui huiuſmodi ſtellas geniturisinfantium exiſtimant præeſſe, & validiſsimo argumento duorum gemellorum, vno & eodem concubitu generatorum, atque eodem partu naſcentium confutat; Cùm diuerſi eorum ſint caſus, varij euentus, diſpareſque omnino mores, quod ab vna & eadem cõſtellatione fieri nequit. eius verba ſunt: Quò fit, vt nihil vnquam dicere potuerunt Mathematici, cur in vita geminorum, in actionibus, in euentibus, in profeſsionibus, artibus, honoribus, cæteriſque rebus ad humanam vitam pertinentibus, atque in ipſa morte ſit plerunque tanta diuerſitas, vt ſimiliores eis ſint, quantum ad hæc attinet, multi extranei, quàm ipſi inter ſe gemini per exiguum temporis interuallum in naſcendo ſeparati, in conceptu autem per vnum concubitum, vno etiam momento ſeminati. hæc Auguſtinus. Proinde ſancta Synodus Tridentina enumerauit in Indice reprobatorum voluminum regula nona, ſcripta, quæ aliquo modo damnatam Aſtronomiam continẽt, his verbis: Libri omnes, & ſcripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromãtiæ, Onomantiæ, Chyromantiæ, Necromantiæ, ſiue in quibus

Auguſtin. de ciu. Dei lib. 5 cap. 1. Geneſ. 25.

Mathematici.

S. Tridentina ſynodus in Indice voluminum regula nona.

Libri damnati.

quibus continentur ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, incantationes artis magicæ, prorſus reijciuntur. Epiſcopi verò diligenter prouideant, ne Aſtrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, ſucceſsibus, fortuitisve caſibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audent.

Itaque ſapiens Moyſes cùm dixit: *Fiant luminaria in firmamento Cœli, &c.* minimè fauet illi ſuperſtitioni, quam Mathematici inducunt. Sed duabus præcipuè de cauſis à ſummo cõditore luminaria Cœli facta eſſe commemorat; Quarũ prima ea eſt, vt enarrent gloriã Dei cõditoris; Hui⁹ quoq; meminit Dauid, dicẽs: Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuũ eius annunciat firmamentum. Et Paulus ad Rom. ſcribens, oſtendit, Inuiſibilia Dei conſpici, & intelligi ab homine per ea, quæ viſibilia facta ſunt, ita ſanè, vt ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas agnoſcatur. Altera quòd in vſum videlicet hominum condita fuere; Quod manifeſtè alio loco Deuteron. 4. ait: Ne fortè oculis eleuatis ad Cœlum videas Solem & Lunam, & omnia aſtra Cœli, & errore deceptus, adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus; In miniſterium, inquit, hoc eſt, in vſum, commoditatem, & cunctarum gentium vtilitatem creauit illa. Si autem à Moyſe petas, quod illud ſit mi-

III.

Luminaria cœli quib⁹ de cauſis facta ſint.

Pſal. 18.

Paulus ad Rom. 1.

Aſtrorum miniſteria, & vtilitates

niſterium, quæve vtilitas afferatur homini? Reſpondet in hoc loco: Vt videlicet diuidant diem, & noctem, & ſint in ſigna, & tempora, &c. Hic profectò ſeriatim declarat aſtrorum miniſteria, quæ ab eis genus humanum vtiliter capit. Earum autem prima, quòd diuidunt diem & noctem; Vt hominum in die ſibi victu comparato, in nocte membra labore defeſſa, ſopore & requie reſtaurentur. Non minima quidem eſt illa vtilitas, vbi non minus animus refocillatur, ſitque prudentior, quàm corporis vires inſtaurentur.

Prima. Quietis & laboris tẽpora diſtribuũt aſtra.

Secunda. Aſtra poſita ſunt in ſigna rerũ gerẽdarũ.

Secunda vtilitas eſt, quia ſunt poſita in ſigna: Vt videlicet, in rebus gerendis apta tempora obſeruemus, quo ſerena, vel pluuioſa, vel aliàs apta cognoſcentes, quid ſuo tempore ſit agendum, ſecernamus: Nam non minorem excerpit homo à pluuioſis, quàm à ſerenis temporibus, & ab æſtu quàm à frigore vtilitatem.

Tertia. Aſtra oſtẽdunt tempora.

Tertia, quæ addit, tempora, & dies, & annos; Nam pleraque fieri debent in Autumno, quæ non Aeſtate, & Aeſtate, quæ non Hyeme; Similiterque, calore, temperie, aut frigore terra impinguatur, areſcit, dureſcit, & ſuo tempore fructus refert. Plurimum autem prodeſt vitæ humanæ, ſcire, quo tempore plantandum, ſerendum, ſcindenda, ſtercorandaque terra fuerit: Sic enim plerunque, vel inducuntur, vel prohibentur ſterilitates.

Quarta. Aſtra, vt luceant in firmento cœli, condita ſunt.

Quarta cauſa producitur, vt luceant in firmamento cœli ſuper terram. Lux equidẽ, ſine qua rectè vita humana peragi non poteſt, maxi-

maximè confert vſibus humanis. Perpetua enim nox luminiſque abſentia, mortem & interitum cunctis rebus afferret; omninoque generis humani commercia interdicerentur. Hic igitur eſt cœli & luminis munus, atque illis adeò proprium & peculiare, vt aliud prohibeatur omnino. Hinc manifeſtum euadit, naturalem ſyderum obſeruationem, non modò à ſcriptura non improbari, verùm doceri; Vt agricolæ ferendis ſeminibus, plantandiſque arboribus, & artifices lignis incidendis tempora ſeruent; & nautæ tempeſtatem; & medici Lunæ & Planetarum obſeruationem conſiderent. Nam propterea Deus illa condidit, vt hominum commoditatibus conſuleret. Nos itaque Chriſtiani, vſum, officium, & ſyderum erga humanum genus ſeruitutem agnoſcentes, Deo conditori gratias agamus, quòd illa ad noſtram & totius orbis vtilitatem creauerit, eumque benedicamus & laudemus, cùm illorum ſentimus vtilitatem. Fata verò, euentuumque neceſsitates, vt ſacrilegia execrantes, præceptum Apoſtoli obſeruemus: vt ſiue mãducemus, ſiue bibamus, ſiue aliquid aliud faciamus: in nomine Domini IESV CHRISTI, in quo viuimus, mouemur, & ſumus, operemur.

Naturalem obſeruantiam ſyderum, à ſcriptura non improbari.

Agricolæ ſeruant tẽpora.

1. Cor. 10.

Omnia in nomine Ieſu ſunt facienda.

EXPLICATIO II.

Faciamus hominem ad imaginem,&c. Geneſ.1. D.

SVMMAE.

I. *Deus trinus,& vnus oſtenditur.*
II. *Homo ad imaginem Dei factus.*
III. *Homo ad ſimilitudinem Dei factus.*
IIII. *Imago hominis in quibus conſiſtat.*
V. *Homo peccando non amiſit liberum arbitrium.*
VI. *Imaginis & ſimilitudinis differentia.*
VII. *Adam eſt factus, non genitus.*
IIX. *Homo fit ad imaginem,& non imago.*
IX. *Vir, non fœmina, eſt quo ad principatum imago & gloria Dei.*

Geneſ.1. SCripſit Möyſes Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs, vniuerſæq; terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra.* Conſentaneum equidem erat, vt homo, qui ad Deum colendum creabatur, initio ſuæ creationis, opificem, factoremq; agnoſceret; Qua ratione factum eſt, vt verba, quæ illius creationem enarrarent,
I. Deum vnum, eumque trinum eſſe profiterentur. Cùm enim inquit: Faciamus, & noſtram; Dei Trinitas demonſtratur. Neq; enim alios alloqui poterat præter Filium, & Spiritũ ſanctum: Quæ ſola ſancta Trinitas vim creandi habet. Et cùm dicitur, Ad imaginem, & ſimilitudinem

tudinem;vnitatem Dei oſtendit. Quoniã imago, vel ſimilitudo vnius rei, non plurium eſſe poteſt. Quod expreſsiùs paulò infrà declarans, ait, Ad imaginem Dei creauit illum: Vt hinc diſcamus, non plures eſſe Deos, ſed Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, vnum tantùm Deum veneremur creatorem.

Exponitur propoſitio Geneſ. 1.

Factus eſt ergo homo ad imaginem Dei, & ſimilitudinem ſecundum mentem, qua irrationabilibus antecellit; †Sed ad imaginem ſecundum memoriam, & intelligentiam, & dilectionem; Ad ſimilitudinem autem ſecundum innocentiam, & iuſtitiam, quæ in mente rationali naturaliter ſunt. †Ac idcirco ſimilitudo quædam imaginis perfectio videtur; quoniam gratia perficit naturam: De hac ſimilitudine locutus eſt Apoſtolus ad Epheſ. 4. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Et iterum ad Coloſſ. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum, qui renouatur in agnitione Dei ſecundum imaginem eius, qui creauit illum. Chryſoſtomus Homil. 8. intelligit imaginem Dei, ad quam creatus eſt homo, principatum, & imperium rerum creatarum: Vt ſicut Deus vnus eſt Dominus; ita homo rebus inferioribus dominetur: Qua de re ſequitur; Et dominetur piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram: Quoniam Deus fecit

II. Imago & ſimilitudo non idem ſunt.

III.

Epheſ. 4.

Coloſ. 3.

Chryſoſt. homil. 8.

hominem principem omnium, quæ ſunt ſupra
Quomodo imago Dei reperiatur in anima. terram, & nihil ſuper terram eſt eo maius. Porro alij ſunt, qui quaſdam alias adducunt proprietates: Propter quas in anima, Dei imago
IIII. reperiatur: †Prima, quia ſicut anima replet totum corpus; ita Deus totum mundum. Ierem.
Hiere. 23. 23. Cœlum & terrã impleo, dicit Dominus: & ſicut anima eſt vna in toto corpore; ita Deus eſt vnicus in vniuerſo orbe: Et ſicut anima videt exteriora, & non videtur; ita Deus videt omnia, & videtur à nemine.

Epiphani⁹. Origenes accuſatur. Epiphanius Epiſcopus Cypri accuſat Origenem, quòd ſenſerit, hominem per peccatum imaginem Dei, ad quam conditus erat, amiſiſſe.
Geneſ. 5. At Gen. cap. 5. ſcribitur: Vixit autem Adam centem triginta annis, & genuit filium ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocauitque nomen eius Seth:
V. †Quomodo autem potuiſſet filium ad imaginem ſuam generare; ſi eam propter peccatũ perdidiſſet? Et in Pſal. 38. ſcribitur:
Pſal. 38. Veruntamẽ in imagine perambulat omnis homo. Accedit ad hoc, quòd dæmones, qui grauius peccauere, non perdiderũt naturalia. Neque ergo homo, qui minus peccauit, memoriã, intellectum & volũtatem, in quibus reperitur imago, propter peccatum perdidit: Nam ſi peccatum vires naturales, ſeu potentias naturæ deſtrueret; fieri vtique poſſet, vt multiplicatis peccatis, paulatim natura hominis quoque deſtrueretur: Quod omnino abſurdum cenſendũ eſt. Id autẽ, quod pro parte opinionis, vel Ori-

Dæmones peccando non perdiderunt naturalia.

genis,

genis, vel alterius ita ſentientis adducitur; non impedit. Nam cùm Paulus ad Coloſſ. 3. ait: Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, induite nouum, qui renouatur in agnitionem, ſecundum imaginem eius, qui creauit illum. Vbi non diceret renouationem imaginis, niſi perdidiſſet illam. Quoniam reſpondemus, quod aliud eſt imago, aliud ſimilitudo; Imago nanque ſubſtantialia & naturalia refert; ſimilitudo autem qualitatem, ſiue gratiam, aut donũ huic naturæ datum ſignificat. Amiſit ergo iuxta ſententiam Victorini lib. 1. contra Arrium, homo ſimilitudinem, & non imaginem. Et ad eam ſimilitudinem recuperandam hortatur Apoſtolus. Similitudo quippe Dei in homine, eſt ſapientia, iuſtitia, ſanctitas, & veritas: & hæc illa eſt ſimilitudo, iuxta quam renouatur homo, vt iuſtus, ſanctus, & verax, mortificatis affectibus carnis, euadat.

Coloſſ. 3.

Obiectio. VI.

Victor. lib. 1. contra Arrium.

Da hac D. Ambroſius in commentarijs epiſtolæ ad Coloſſ. illud Apoſtoli: Induentes nouum hominem, qui renouatur ſecundum imaginem eius, qui creauit eum, ad cap. 3. ſic ſcripſit: Imago hæc in conuerſatione bonæ vitæ intelligenda eſt, ſicut dicit ad Corinth. epiſtola 1. cap. 15. Quemadmodum portauimus imaginẽ eius, qui de terra, ita & portemus imaginem illius, qui de cœlo eſt. Ipſe eſt ergo creator hominis, cuius imaginem portare nos iubet in ſanctitate & bonis operibus. hæc Ambroſius. Vnde ſatis conſtat, imaginem in ſacris literis

Ambroſ. in comment. epiſt. ad Coloſſ. 3.

1. Corin. 15.

Imago quomodo accipitur in ſacris literis.

duobus modis accipi, & ſecundum ſubſtantiã, & ſecundum ſimilitudinem: Imago ſecundum ſubſtantiam eſt mens, quæ homini à Deo confertur, cuius dignitate cæteris præſtat animalibus: Imago verò iuxta ſimilitudinem, eſt illius mentis, totiuſque animæ cum Deo conformitas, & hæc diuina gratia, boniſque operibus comparatur. Prima imago per peccatum deperdita non eſt, quoniam naturalia per peccatum minimè deſtruuntur, ſed ſecunda deperdita eſt, & ad hanc, vt renouemur ſacræ hortantur literæ.

VII. Recte autem dicitur: *Faciamus hominem*; quia, vt Auguſtinus ſermone 16. in Natali Domini, ait, Primus homo, non eſt natus, † ſed factus: Equidem patre nullo, nullaque matre, ſed Deo operante factus eſt homo: Hæc nanq; eſt hominis prima conditio, quod Adam de terra factus ſit: Secunda, quòd Eua ex coſta viri eſt ædificata: Tertia ex viro, & fœmina fuit, dum Abel natus eſt ex ambobus. Quarta ex fœmina tantùm, & illa quidem Virgine, ſicut fuit Dei & hominis Ieſu Chriſti natiuitas: Cui ſententiæ adſtipulantur Tertullianus libro 2. aduerſus Marcionem; & Damaſcenus lib. 1. cap. 9. Sed id quoque ratio ſuadet: Quippe omne genitum ex ſubſtantia generantis fit, eique ſimile eſt in ſpecie. Adam verò, neque emanare ex ſubſtantia alterius, neque ei ſimilis (cùm ante ipſum nullus eſſet homo) potuit quiſquam præcedere. Igitur factus, non natus eſt.

Aug. ſerm. 16. in natali Domini. Prima hominis conditio. Secunda. Tertia. Quarta.

Tertul lib. 2. aduerſ. Marcionẽ. Damaſce. lib. 1. ca. 9.

Non

Non ab re etiam dicit: † *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem*: Nam ſiue imago, & ſimilitudo illa increata, (id eſt, Trinitatis eſſentia) ad quam factus eſt homo, intelligatur; ſiue creata, in qua factus eſt homo, & ipſi homini concreata; ſemper propriè dicitur factus ad imaginem, & non factus imaginem. Imago quippe propria Dei eſt filius: quoniam omnimodam ſimilitudinẽ, & paternæ ſubſtantiæ rationem exprimit: Huius filij imaginis meminit Paulus ad Hebr. 1. dicens. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. In eo enim, quod dicit: Splendor gloriæ; conſubſtantialem eum Patri, vt docuit Photius, coæternum, vt voluit Cyrillus; oſtendit. Eſt enim ſplendor coęternus lumini, & ab illius ſubſtantia productus. In eo enim, quod dicit: Figura ſubſtantiæ eius; notat characterem, imaginem & omnimodam ſimilitudinem Patris. Et ideo verè ſolus dicitur Patris imago. Homo verò ad imaginem dicitur factus; quoniam relatiuè refertur; & idcirco propriè ad imaginem dicitur fieri: Quanquam ſæpe in ſcripturis dicitur etiam imago, ſicut cùm depingitur tabella dicitur imago, & ad imaginem facta. VIII. Imago propria Dei. Hebr. 1. Splendor gloriæ quid Photius. Cyrillus. Figura ſub ſtantię eiꝰ. quid. Homo relatiuè refertur. Exemplũ.

Sed quid eſt, quòd Paulus in epiſtola, quæ eſt ad Corinth. 1. cap. 12. ait: † Vir quidem non debet velare caput ſuum, quoniam imago, & gloria Dei eſt: Mulier autem gloria viri eſt. videtur. n. hic Paulus aſſerere, mulierem ad imaginem & ſimilitudinem Dei nõ fuiſſe creatam. IX. 1. Cor. 12. Vir nõ debet velare caput ſuũ, ſed mulier. Mulier eſt gloria viri.

Cuius

Cuius oppoſitum dixit Moyſes Geneſ.1. Et creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam: ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminã creauit eos; Quo loco tã vir, quàm mulier, ad imaginem Dei creati referuntur. Theodoritus & Seuerianus ex Græcis, & Auguſtinus libro tertio confeſſ. cap. 32. exponunt, Paulum minimè loqui de imagine, quæ eſt in animã: Hoc nanque modo mulier quoque imago & gloria Dei eſt; Sed de ratione dominij & principatus, qui datus eſt homini à Deo, vt illius referret imaginem atque ſimilitudinem. Vt quemadmodum Deus principatur angelis, hominibus, cunctiſque creaturis; ita homo omnibus animantibus atque viuentibus dominaretur: Hoc ſanè modo, mulier non eſt imago Dei; quia non modò non dominatur, ſed ſubditam oportet eſſe viro. Qua ratione contendit Paulus, illam debere velare caput, cùm orat; quo referat manifeſtè ſuæ ſubiectionis ſignum: Nam, inquit Auguſtinus, Quod ſicut in anima eſt aliquid, quod obediendo ſubditur; ita in homine eſt vir, qui dominatur, & mulier, quæ obedit. Cæterùm autem, mulierem eſſe conditam ad imaginem Dei, & parem in potentijs naturalibus eſſe viro, oſtenditur, quia mulier ſumpta eſt de coſta viri, & ad illius æqualitatem formata. Neque etiam ſexus variat ſpeciem, ſed imago ſequitur hominem in tota ſuę ſpeciei latitudine. Igitur æqualis eſt viro, & mulieri, imago. Quo circa locus

Geneſ.2.

Theodoritus, Seuerianus, & Auguſtin. lib.3. Confeſſ. cap.32.

Mulier quomodo ſit imago Dei.

Signum ſubiectionis mulieris.

Mulier quomodo nõ ſit imago Dei.

Auguſtin. vt ſuprà.

Sexus non variat ſpeciem.

Geneſis.

Geneſis, ſi de imagine creationis accipiatur, & locus Pauli de dominio & principatu, nulla ferme eſt contrarietas.

EXPLICATIO III.

Creſcite, & multiplicamini, &c. Gẽ. 1. D.

SVMMAE.

I. Vxorem ducendam non præcipitur omnib.
II. Paulus fuit virgo.
III. Virginitatem qui vouet, non peccat.
IIII Nuptiæ præcipiebantur in veteri lege.
V. Virginitas conſulitur in Euangelio.

GVIDO Carmelita lib. quem edidit aduerſus hæreſes refert olim Armenes ſuper his verbis ſenſiſſe præceptum de multiplicando ſemine primis parẽtibus datum, tempus tantùm poſt pactum reſpicere: Nam antea neq; generarunt, neq; adhuc, ſi non peccaſſent, filios genuiſſent. B. verò Aug. lib. 1. retractationum, ca. 10. & 19. retractans quæ ſuper Gen. & in ſermone Domini in monte dixerat, oſtendit hæc verba, etiam ſtatum hominis ante peccatum complecti. Siquidem hominibus ante peccatũ genitalia & membra alia generationi apta creauerat Deus, quæ fruſta eſſe nõ poterant, & veluti ſine pruritu libidinis oculo, & manui, ita & membris generantibus imperare valebant. Itaq; non eſt ambigendũ in paradiſo, etſi non peccaſſet homo, nuptias abſq; ardore libidinis

Guido Carmelita.
Armeni.
B. Auguſt. lib. 1. retractationum cap. 10.
Membra genitalia fruſtra non erãt creata.

Paulus, quando ſui exemplo alios ad virginitatem nixus eſt adducere? Paulum verò fuiſſe virginem docet Ambroſius, prædicta illius verba interpretatus. Et Hieronymus in epiſtola ad Gerôtiam, & epiſtola ad Marcellam; & epiſtola ad Euſtachium de ſancta virginitate. & Auguſtinus in libro de bono coniug. & lib. de ope.monach.cap. 4. Verba autem, quæ apud Ignatium reperiuntur epiſtola quinta, vbi inter coniugatos numeratur numerus Paulus, Ignatij non ſunt, ſed alicuius hæretici, ſcripturas deprauantis; nam in vetuſtis codicibus & manuſcriptis, nulla de Paulo ibi fit mentio. Ab omnibus ergo Catholicis cenſetur, Paulum fuiſſe virginem. Adhuc ſi præceptum, Creſcite & multiplicamini, cōplecteretur omnes; peccaſſet Ioannes Baptiſta, qui vitam duxit virginem in eremo; Peccaſſet Ioannes Euangeliſta, qui relictis nuptijs, virgo ſequutus eſt Chriſtum. Peccaſſet B. Virgo, quæ iuxta Auguſtini & Eccleſiæ ſententiam illis verbis: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum nō cognoſco, Luc. 1. profeſſa eſt, ſe voto firmaſſe virginitatem. Præterea, ſi tam nuptiæ, quàm prolis multiplicatio præcipitur, quoniā dicit: Creſcite & multiplicamini; ergo ſteriles, & quæ non pariunt, in hoc præceptum peccabunt, quia neque creſcunt, neque multiplicant. Quæ cùm ſint abſurda, & pias aures offendant, explodenda ſunt omnino. † Et illo præcepto, virginitatis votū minimè impediri, aut eum peccare, qui virgo

Beatus Ambroſius

B. Hieron. ad Marcellam.

B. Auguſt.

B. Ignatius epiſt. 5.

Ioan. 2.

Lucæ 1.

Virgo Maria virginitatem eſt profeſſa.

III.

ſupra matrimonium, maius aliquod bonum operatur, eſt affirmandum. Beatus autem Hieronymus contra Eluidium, & aduerſus Iouinianum, cùm hæc verba (nam eadem ab illis obijciebantur) pertractaret, duo tempora diſtinxit; Alterum ante Euangelium, alterũ pòſt; Primo autem tempore viguit lex illa: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram; Et maledicta ſterilis, quæ non parit ſemen Iſraël; Quo tempore cogebantur homines ad nuptias, quò genus propagaretur humanum; Vnde non ab re dicitur, & replete terram, quoniam nuptijs replenda erat. Secundo autem tempore dictum eſt à Chriſto: Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum, Matthæi decimonono. Et ab Apoſtolo: Hoc itaque dico, fratres, tempus breue eſt, vt, qui habent vxores, tanquam non habentes ſint, 1. Corinthiorum ſeptimo. Terra enim repleta per nuptias, replendi erant cœli per virginitatem; Satis iam terra habuerat filios generatione corporali; Aderat tunc tempus, vt cœlo generarentur filij, generatione ſpiritus: Nuptiæ namque terram replent; Virginitas Paradiſum.

B. Hieron. contra Eluidium.

Temporũ diſtinctio.

Geneſ. 1.

Exod. 23.

Matth. 19.

1. Corint. 7.

Nuptiæ replent terram & virginitas cœlum.

IIII. † Itaque qui præceſſerunt in lege, illam Domini impleuerunt ſententiam, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram: Qui verò poſt Euangelium venere, conſilium, & † legis diſpenſationem habuerunt à Chriſto, vt, qui vellent virgines eſſe propter regnum cœlorum capiendum, non damnarentur à lege, Matrimonia

Conſilium Euangelicum.

V.

monia tamen appetentes, non peccarent. Eandem ſententiam docuit Cyprianus in libro, quem de habitu virginum inſcripſit, dicens: Prima ſententia; Creſcite, & multiplicamini, præcepit; Secunda ad continentiam ſuaſit. Cum adhuc rudis mundus, & inanis eſt, copia fœcunditatis generante propagamur, & creſcimus ad humani generis augmentum: Cum iam refertus eſt orbis, & mundus impletus, qui capere continentiam poſſunt, ſpadonum more viuentes, caſtramur ad regnũ cœlorum. hæc Cyprianus. Appetentes matrimonium, nõ peccãt. Cypriani opinio in lib. de habitu virginum.

Dicet vero quis: Si præceptum, Creſcite, &c. in lege vigens coarctabat homines ad nuptias, peccauerunt ergo Elias, Hieremias, Eliſæus, & Ioannes Baptiſta, qui virgines in lege Moyſi vixerunt. Reſpon. Initio cum pauci eſſent homines, illud præceptum obligabat omnes & ſingulos; Nam finis illius erat, terram replere. Deinde ea repleta, multiplicatiſque hominibus, ligabat quidem omnes generaliter, ne hominum ſucceſsio deficeret, ſed non ſingulos, cum iam ſine aliquibus generis humani propagatio conſtare poſſet. In quo genere fuerunt Hieremias, Elias, &c. Poſtremò per ea verba Domini, Matthei decimonono: Qui poteſt capere: capiat, abrogata eſt illa nuptiarum lex, vt neque omnes, neque ſinguli ad eam teneantur, liberumque ſit, vel nuptias celebrare, vel virginitatem ſeruare perpetuò. Obiectio. Reſponſio. Matth. 19.

EXPICATIO IIII.

Formauit igitur Dominus Deus hominem,&c. Geneſ. 2. A.

S V M M AE.

I. *Spiraculum vitæ eſt anima,non gratia.*

II. *Formatio de limo ad corpus pertinet.*

III. *Spiraculum vitæ attinet ad animam.*

IIII. *Adam formatur verbo Dei, non manibus corporis.*

V. *Anima hominis non eſt ſubſtantia, neq; de ſubſtantia Dei.*

VI. *Deum inſufflaſſe,quomodo intelligitur.*

VII. *Anima, an inſufflando fuerit creata.*

VIII. *Corpus,num ſit veſtis animæ.*

Geneſ. 2. Exponitur propoſitio. FORMATIONEM hominis deſcribens Moyſes, ait: *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, &*
I. Spiraculũ vitæ. *factus eſt homo in animam viuentem.* † Sunt, qui ſpiraculum vitæ, quòd Deus inſpirauerat Adæ,intelligant non animam,qua viueret, ſed gratiam,qua bene viueret: Nam inquit Moyſes, Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. Ecce,inquiunt,audis formatum hominem:Homo verò corpore & anima conſtat.Igitur antequam inſpiratum foret vitę ſpiraculum,corpore & anima creatur homo.Flatum verò, ſiue ſpiraculum pro gratia in ſacris

ſcripturis accipi manifeſtum eſt, tum pluribus locis, tum in Euangelio Ioannis 20. cùm inſufflante Chriſto in Apoſtolos, datur eis gratia dimittendi peccata. Decipiuntur autem, quoniã verba Moyſi per anticipationem eſſe dicta nõ intelligunt. cùm enim dixiſſet Moyſes: *Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos*; modum creationis non diſtinxit, ſed illum in ſecundo capite reſeruans, explicauit, dicens: *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* † Cùm ergo dicitur: Formauit Deus hominem de limo terræ, ad corpus: Et cum ſequitur: Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę, † ad animã, referri oportet. Nec abeſt à veri ratione, ſiue ſcripturæ vſu, interdum partem vocari nomine totius. Vt ſi quis dicat: Petrus eſt in gloria cœleſti; veriſsimè dicit: Conſtat tamen anima tantùm, non corpore ibi eum adeſſe. Sicut contrà dicendo, Petrus eſt in ſepulchro, in quo tamen illius anima non clauditur, ſed corpus. Sic enim hanc verborum interpretationem explicauit venerabilis Beda in eum locum ſcribens: Factura, inquit, hominis, qui ſexta die factus eſt, latius deſcribitur, quod factus ſit corpore, ſcilicet, & anima, & corpus de limo, anima verò de nihilo, Deo inſpirãte creata eſt; & fœmina de latere dormientis. Sed ne carnaliter putemus, † Deum corporeis manibus formaſſe corpus, vel faucibus inſpiraſſe

Ioann. 20.

Anticipatio.

Geneſ. 1.

Geneſ. 2.

Limus terræ.

II.

III.

Expoſitio Bedæ in Geneſ.

Corpus de limo creatum, & anima de nihilo.

IIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſpiraſſe animam vel vitam: Quod enim dicitur; Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me: tropica locutio eſt; Spiritus enim eſt Deus, nec lineamentis membrorum cōpoſitus: Formauit ergo de limo hominem, id eſt verbo ſuo de limo fieri iuſsit. Inſpirauit in faciē eius ſpiraculum vitę, ſubſtantiam ſcilicet animę, & ſpiritus, in qua viueret, creàuit. hęc Beda. Falſa eſt ergo eorum aſſertio, quòd ſpiraculum à Deo Adę infuſum, non ſit anima, qua fieret in animā viuentem, ſed gratiam eſſe, à Deo ſibi, vt benè viueret, collatam: Nā & hæc confirmans Apoſtolus, ait: Factus eſt primus homo in animam viuentem; Nouiſsimus autem Adam in ſpiritum viuificantem. Nullum profectò hic Apoſtolus inter Adam & Chriſtum afferret diſcrimen; ſi Adam factus eſſet in ſpiritum viuificantem, & non in animam viuentem. Non enim Chriſtus eſt ſecundus Adam, niſi gratia, & ſpiritu viuificante. Quod vero aiunt, flatum plerunque ſignificare gratiam, ſicut flatum Chriſti in Apoſtolos, libenter donamus. Sed hoc loco, vt ibi, gratiam ſignificare non poteſt; Nam de Apoſtolis minimè poſt flatus receptionem, dicitur: Et facti ſunt in animas viuentes, quomodo de Adam ſcribitur, factus eſt homo in animam viuentem. Cuius rei ratio eſt, quia hic dabatur anima viuens, ibi gratia operans.

Locutio tropica. — *2. Cor. 15.* — *Differētia inter Adā, & Chriſtū.* — *Flatus pro gratia in Ioan. 20.*

V. Non defuerunt alij, exiſtimantes † animam hominis, vel eſſe ſubſtantiā Dei, vel ex ea ipſa Dei ſubſtantia ſaltem fieri; Propterea quod illud

lud ſpiraculum cùm flatus Dei eſſet, oportebat vel eſſe Deum, vel ex Dei ſubſtantia naſci; Nihil.n.in Deo eſt, vel ab eo profluit, quod Deus non ſit. Impia profectò & hæretica cenſenda eſt aſſertio, quam proferunt, Creaturam de ſubſtantia Creatoris naſci exiſtimantes: Nam ſi anima hominis pars Dei ſit, proprietates diuinę naturæ illi competere neceſſe eſt; ita vt neque errare, neque vnquam decipi poſſet: Experiētia autem docemur, quàm mutabilem habeat ſui conditionem, quamq; inſtabilis ſit, vt modò iracūdia opprimatur, modò manſueta compareat, modò hilaris, triſtiſque ſit, modò bonis gaudeat cœleſtibus, modò voluptatibus terrenis afficiatur: Quę mutationes, cùm in Deo nullo pacto reperiri poſsint, ſatis oſtenditur, eam diuinæ naturæ haud eſſe participem. Rurſus nemo eſt, qui dubitet, plures animas ob earum facinora perpetuò apud inferos puniēdas, plures quoque in cœlis eſſe beatas: ſequitur itaq;, eandem Dei partem beatificari in cœlis, & puniri affligique apud inferos: Sed eorum deceptio inde oritur, quòd primò putent, verbum illud; † Flare, ſiue inſpirare ſpiraculum vitæ, ita fieri à Deo, vt aliquid de eo emittatur, non intelligentes, hominem quoque flatum ex circumfuſo aëre facere, & non de ſui ſubſtantia. Deinde nec intelligunt, tropica locutione dici, inſufflaſſe in faciem hominis, id eſt flatum, hoc eſt, animam hominis feciſſe. Flatum enim facere, eſt animam facere: Vnde per Iſa-

Nihil eſt in Deo quòd nō ſit De⁹.

Creaturam naſci de ſubſtantia Creatoris exiſtimare hæreticum eſt.

Mutatio non reperitur in Deo.

Animę plures ſaluantur pluresque damnantur.

VI.

Flatus hominis, eſt ex circumfuſo aëre.

Tropica locutio.

Flatum facere, quid ſit.

Eſa 42. iam dicit: Omnem flatum ego feci. Eucherius Eucherius Lugd. Epi. lib. 1. ſuper Geneſim. Lugdunenſis libro primo ſuper Geneſ. dicit: Ideo animam dictam eſſe ſpiraculum vitę, quia & iſta aër ſæpe dicitur ſpiritus: Sed tamen ſpiritus vitæ non dicitur, quia caret vita: qua de re ſubſtantia animæ rationalis, neque Dei ſub-

VII. ſtantia, neque illius pars poterit eſſe. † Quomodo verò illa creetur, aut ſufflādo fiat à Deo, paucis idem Eucherius explicauit: Quæritur autem, inquit, an Deus animam inſufflando fecerit, an eam, quam fecerat corpori dando potius inſufflauerit? Vtrunque enim puto eſſe, nec habere aliud quæſtionis, quomodo ſiue inſufflando fecerit animam, ſiue creando donauerit, nec de aliquo flatu ſuo, nec de ſeipſo,

VIII. ſed ex nihilo, aut ſufflando creauit; † aut creando corpori inſufflauit, non, quia illud ſpiraculum conuerſum eſt in animam viuentem, ſed operatum eſt animam viuentem. hucuſq; Eu-Concilium Viennenſe cherius. In Concilio Viennenſi, vt habetur in Clementinis titulo, De ſumma Trinitate, damnantur opiniones, quæ aſſerunt, animas ante corpora fuiſſe conditas: Vel negant, animas eſſe corporis formas.

EXPLICATIO V.

Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum, &c. Gen. 2. B.

SVMMAE.

I. Paradiſus terreſtris, an ſit allegoricè intelligenda.

II. Para-

II. *Paradiſus terreſtris corporaliter intelligitur.*
III. *De Paradiſo terreſtri, quare hiſtoriæ non tractent.*
IIII. *Animalia quomodo fuerunt in Paradiſo.*
V. *Damaſceni ſentẽtia de Paradiſo terreſtri.*
VI. *Paradiſus terreſtris, vbi nam ſit.*
VII. *De Paradiſo terreſtri tres ſententiæ.*
VIII. *Paradiſus terreſtris eſt in altiſſimo mõte.*
IX. *Paradiſus terreſtris eſt ſituata ad Oriẽtẽ.*
X. *Paradiſus terreſtris non defecit per peccatum Adæ.*
XI. *Enoch eſt in Paradiſo terreſtri.*

PHILO Iudæus ſuo ſeculo ſapiẽtiſsimus, libro quem de opificio ſex dierum inſcripſit, & libro allegoriarum legis, quæ 2. cap. Geneſeos ſcripſerat Moyſes, ita allegoricè pertractauit, vt viſus ſit omnẽ hiſtoriæ veritatem ſubmouiſſe. Hortum enim, plantas, fontes & quæ de Adam, Eua, ſerpente, & reliqua per allegoriam docuit fore intelligenda. Philo Iudæus. Exponitur propoſitio.

I. † In quam poſtea ſententiam iuiſſe Origenem in libro anchorato, ſcripſit Epiphanius, & Paradiſum, tertium illud Cœlum, ad quod raptus fuit Paulus, intellexit. Origenis opinio, vt Ephanius refert. Hos poſtea in lib. de Paradiſo beatus Ambroſius imitatus, poſtpoſito hiſtoriæ ſenſu; per Paradiſum intellexit animam, per hominem mentem, per fœminam ſenſum, per ſerpentem delectationem, per lig- B. Ambro. in lib. de Paradiſo.

num ſcientiæ boni & mali, ſapientiam, atque per alias arbores animæ virtutes. Quoniam vero Ambroſius in epiſtola ad Sabinum, poſtremam huius quæſtionis ſolutionem conſcripſit, placuit, hic verba illius adſcribere: Lecto Hexaemero, vtrum Paradiſum ſubtraxerim, requirendum putaſti: & quam de eo haberē ſententiam, ſignificandum, idque velle te ſtudioſè cognoſcere. Ego autem iandudum de eo ſcripſi nondum veteranus ſacerdos: Sententias autem de eo diuerſas eſſe plurimorum comperi. Nam Ioſephus vtpote hiſtoriographus, locum terræ dicit refertum arboribus, virgultiſque plurimis, irrigari etiam flumine, qui diuidatur in quatuor fluuios: alij aliàs: omnes tamen cōgruunt, in Paradiſo & lignum vitæ radicatum, & lignum ſcientiæ, quæ diſcernat bonum & malum, cętera quoque ligna, plena vigoris, plena viuificationis, ſpirantia & rationabilia. Ex quibus colligitur, Paradiſum ipſum non terrenam videri poſſe, non in ſolo aliquo, ſed in noſtro principali, quod animatur, & viuificatur animæ virtutibus, & infuſione ſpiritus Dei. hæc Ambroſius.

B. Ambro. in epiſt. ad Sabinum.

Ioſephus hiſtoriographus.

Iſta opinio, licet clariſsimis viris placeat; retinenda tamen omnino nō eſt: propterea quod hiſtoriæ veritatem, rerumque geſtarum ordinem deſtruere videatur. Eadē namq; ratione, creatio mundi, elementorum diſtinctio, cœlorum ornatus, auium, plantarum, cæterorumque animalium productio intelligi poſſet; vt

inde concluderetur, neque mundum fuiſſe creatum, neque ea, quæ à Deo geſta, referuntur à Moyſe, fuiſſe vera, ſed ſpiritualiter accipienda. † Præterea ſi Paradiſus corporalis non I.I.
eſt, ſi plantæ in eo corporaliter nòn ſunt, ſi Adam mentem ſignificat, Eua ſenſum, ſerpens delectationem, ergo pari ratione, Adam corporaliter in agro Damaſceno minimè creatur. Igitur verum non eſt, quod Deus illi ſpiraculũ vitæ inſpirauerit; Neque verum eſt, Euam ex coſta dormientis Adæ fuiſſe formatam. Qua de re perit omnis hiſtoriæ veritas, omniſque fides narrationis. Non enim in his libris figurata eſt ea rerum locutio, ſicut in Cantico canticorum, In Cantico
ſed omnino geſtorum & re ipſa factorum, ſicut canticorũ.
in libris regnorum inuenitur, vbi primùm retinenda eſt hiſtoriæ ſeries, deinde allegoria, ſiue ſpiritualis ſenſus aſſurgit. Dicetur fortè, ſi Paradiſus corporalis eſt, † quomodo qui tam III.
accuratè, tanque diligenter partes, climata, & ſectiones vniuerſi orbis perſcrutati ſunt, non inuenerunt illam, nihilque de ea ſcripſerunt? Neque omnino tam nobilis totius orbis pars erat prætereunda, cùm & minimas & obſcuras fuerint proſecuti? Huic inquiſitioni D. Thomas reſpondet: Quod locus ille Paradiſi à noſtra eſt habitatione ſeclusus aliquibus impedimentis, vel montium, vel marium, vel alicuius æſtuoſæ regionis, quę pertranſiri non poſſunt, & ideo locorũ ſcriptores de hoc mentionẽ non fecere. Siue ergo Paradiſus ſub Tropico ęſtiuo, D. Thomas.

vel

vel hyemali, vt multi referunt, ſit poſita, vel alibi, hoc vnum credendum, & eam eſſe, & in loco temperatiſsimo conſtitutum. Rurſus dicetur: Verba, quæ in illius narratione conſcribuntur, fateri cogunt, res ad ſpiritualem intellectum fore agẽdas. †Siquidem ſcribitur, quòd Deus adduxit animalia ad Adam, vt illis nomina imponeret. Et iterum in illa donans ei imperium, ait: Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, &c. Ergo, ſi vt fatentur illi, qui corporalem Paradiſum aſſeuerant, animalia rationis expertia ibi non ſunt, neque in Paradiſo habitant, quomodo ad Adam adducta fuerunt? aut eis dominabatur? vel in Paradiſum ingreſſus eſt ſerpens? Igitur non hic literalis, aut hiſtoricus ſenſus, ſed ſpiritualis prorſus erit quærendus. Doctus interpres Ioannis Damaſceni hoc nihil impedire aſſerit, quoniã angelorum miniſterio, quæ extra Paradiſum vagabantur animalia, introducta ſunt, quo nomina ab Adam ſuſciperent, ac proinde ad priſtina receptacula redierunt: Adam verò contemplatione, animo ſimulque imperio animalibus principabatur, poteratque illis ad Dei honorem & laudem vti. Serpens verò haud dubium quin reale, viuumque animal extiterit, & à Dæmone ſit in Paradiſum inductus. Quamobrem prædicta opinio ea ratione explodenda videtur, quod neglecta rei veritate allegoricum ſenſum tantum ſequatur.

Damaſcenus lib. 2. de orthodo. fide, cap. 11. de

Paradiſum terreſtrem eſſe in loco temperatiſsimo.

IIII.

Gen. 2.

Ioan. Damaſ. lib. 2. de Ortho. fid. cap. 11.

✝ de Paradiſo voluptatis ita ſcripſit: Quia verè Deus ex viſibili creatura plaſmaturus erat hominem ad ſuam imaginem & ſimilitudinem, tanquam quendam Regem & Principem vniuerſæ terræ, & eorum, quæ in ea ſunt, præſtruxit ei quandam veluti regiam, in qua diuerſans, beatam & omni ex parte fœlicem deduceret vitam, & ipſa eſt diuina Paradiſus Dei manibus in Eden plantata, lętitiæ, & voluptatis omnis promptuarium. ✝ Eden enim voluptas interpretatur, in oriente verò omni terra excelſior collocata eſt optima temperie, & aëre ſubtiliſsimo atque puriſsimo, ſplendida, plantis ſemper virentibus inſignis, odoris ſuauitate referta, plenaque lumine vniuerſæ ſenſibilis venuſtatis & pulchritudinis, ſuperexcellens intelligentiam, diuinus profectò locus, ac dignus eius, qui ad imaginem Dei creatus fuerat incolatu. hæc Damaſcenus. Qui dicit, Paradiſum plantatam in Eden, quod vocabulum Hebræum eſt, & voluptatem, ſiue delitias ſignificat; Vnde communis tranſlatio habet: Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio; teſtatur Auguſtinus, aliam tranſlationem habere; Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum in Eden ad Orientem, id eſt, in delicijs. Et eodem loco Strabus inquit: Quidam codices habent, Eden ad ortum, ex quo poſſumus conijcere, Paradiſum terreſtrem in Oriente ſitam eſſe. Vbicunque autem ſit, ſcmus eam terrenã, & interiecto Oceano in

V.

VI. Eden Hebraicè, quid.

B. Auguſt.

Strabus.

no in montib⁹ oppoſitis,remotiſsimā à noſtro orbe,in alto ſitam,pertingentem vſq; ad lunarem circulum; vnde aquæ diluuij illuc minimè peruenerunt. Eiuſdem eſt ſententiæ Chryſoſtomus,qui hunc locum enarrans,ait: Et plantauit Deus hortum in Eden ſecundum Orientem, & poſuit illic hominem,quem formauit. Et idcirco nomen loci ſcripturis inſeruit beatus Moyſes, vt non liceat nugari, volentibus imponere ſimpliciorum auribus,& dicere,nullum eſſe in terra hortum, quem vocant Paradiſum;ſed in cœlo: & fabulas quaſdam eiuſmodi ſomniare. Beatus etiam Auguſtinus exponens illa Moyſis verba: Et plantauit Deus Paradiſum in Eden ad Orientem,& poſuit ibi hominem, quem finxit; item lib. 8. in Geneſim, cap. 1. ſcripſit: Non ignoro,de Paradiſo multos multa dixiſſe, † tres tamen de hac re quaſi generales ſunt ſententię: vna eorum,qui tantummodo corporaliter Paradiſum intelligi volunt: Alia eorum, qui ſpiritualiter tantùm: Tertia eorum,qui vtroq; modo Paradiſum accipiunt, aliàs corporaliter,aliàs autē ſpiritualiter. Breuiter ergo vt dicam,tertiam mihi fateor placere ſententiam. hæc Auguſtinus. Cuius verba Petrus Lombardus Epiſcopus Pariſienſis trāſſumpſit in 2.ſent.diſt.17. Eſt itaque Auguſtini ſententia,Paradiſum,in qua collocatus fuit primus homo, eſſe corporalem, & corporaliter intelligendam, licet poſt corporalem intelligentiam,ſpiritualis quoque,& allegoricus ſenſus

D.Chryſo.

Aug. lib 8. in Geneſ.

VII.

Petr.Lombard. ſent. 2.diſt.17.

ſus poſsit haberi. Quam ſententiam ſequuntur Damaſcenus, Chryſoſtomus, locis ſuprà inductis, & poſterior Theologorum Schola. Vnde idem Auguſtinus lib. 13. de ciuit. Dei, inquit: Quæ commodè dici poſſunt de intelligenda ſpirituali Paradiſo, nemine prohibente dicantur; dum tamen, & illius hiſtoriæ veritas, fideliſsima rerum geſtarum narratione commendata creditur. Tria enim, quæ de Paradiſo in ſcriptura dicuntur, per modum narrationis hiſtoricæ proponuntur. In omnibus autem, quæ ſic Scriptura tradit, eſt pro fundamento tenenda veritas hiſtoriæ, & deſuper ſpirituales expoſitiones fabricandæ. hæc Auguſtinus. Augu. lib. 13 de ciuit. Dei. Tria de Paradiſo dicuntur in ſcriptura.

Eſt inſuper communis & antiqua traditio, † Paradiſum terreſtrem in altiſsimo monte poſitam eſſe, deque illius cacumine decidentibus aquis gradiq; ſonitu perſtrepentibus circumhabitatores ſurdeſcere, & facto ibi magno aquarum lacu, quatuor inde flumina progredi. VIII.

Beatus autem Thomas rationem naturalem ſequutus, de loco Paradiſi ait: Conuenienter in parte † Orientali ſita dicitur eſſe Paradiſus, quia credendum eſt, quòd in nobiliſsimo loco totius terræ ſit conſtituta. Cùm autem Oriens ſit dextera cœli, vt patet per Philoſophum lib. 2. de Cœlo: dextera autem eſt nobilior, quàm ſiniſtra, conueniens fuit, vt in orientali parte Paradiſus terrena inſtitueretur à Deo. hæc B. Thomas. Qua de re, nullo pacto audiendi ſunt, qui docent, Paradiſum, corpoream tantùm, vel ſpiri- B. Thomas poſuit illã in parte orientali. IX. Dextera cœli. Ariſt. lib. 2. de cœlo. Siniſtra cœli.

ſpiritualem tantum eſſe intelligendam; ſed qui
X. vtrumq; probè & decenter cõplectuntur. † Refellendi etiam ſunt, qui aſſerere nituntur poſt Adæ peccatum Paradiſum terreſtrem paulatim defeciſſe, & demũ aquarum inundatione diluuij omnino ſubuerſam atq; ſublatam. Quippe
XI. quòd Eccleſiæ traditio eſt, † Enoch & Eliam adhuc viuos ibi habitare, & vſque ad tempora Antichriſti reſeruari; cùm ad confirmandam Euangelicam veritatem pro ſalute electorum mittentur. De Enoch enim apertè Eccleſ. cap. 44. inquit: Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in Paradiſum, vt det gentibus ſapientiam. Quę verba exponens Gloſa ordinaria, inquit: Hic creditur venturus in fine mundi; vt det conſilium pœnitendi. Et Lyranus in eundem locum ſequitur. Igitur incipit ab Enoch eò, quòd propter ſanctitatem ſingularem tranſlatus eſt, fuit enim miſſus viuus ad Paradiſum terreſtrẽ, & hoc eſt, quod dicit: Enoch placuit Deo; Inde tamen venturus eſt circa finem mundi cum Elia, ad prædicandum contra Antichriſtum, illius perfidiam detegendo, &c.

Traditio Eccleſię de Enoch & Elia.

Eccleſ. 44. Hebr. 11.

Expoſitio gloſ. ordi.

Lyranus.

EXPLICATIO VI.

Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum, Geneſ. 2. C.

SVMMÆ.

I. Ad matrimonium non adiguntur omnes homines.

II. Mu-

II. *Mulier adiutorium viri.*

III. *Homo non fuit creatus geminus.*

IIII. *Si Adam non peccaſſet, adhuc fuiſſet generatio per coitum.*

V. *Coitus potuit eſſe ſine libidine.*

VI. *In coitu duo conſiderantur.*

VII. *Homo relinquet patrem, & cæt. exponitur.*

SCRIBITVR *Geneſ. 2. Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum. Et rurſus: Relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ*; Quibus duobus locis ad ſtabiliendam hæreſim, abutuntur hæretici, dicentes, eos non carere peccato, qui vel cælibes viuunt, ac virginitatem vouent, matrimoniaque non contrahunt. † Reuera tamen cum dicit Scriptura: Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum, nihil de contrahendo matrimonio loquitur, ſed agit id, vt fœminæ neceſsitatem, vel ad conſeruandum ſpeciem humanam, vel pro hominis ſolatio habendam eſſe definiat: Declaratur autem hoc, cum ſubditur: Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Sicut enim ſemini terra adiutorium eſt, quo virgultum ex vtroque naſcatur; † Ita mulier adiutorium eſt viro, vt humana fiat generatio, quomodo ſuprà dixerat: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Præceptum vero de multiplicando humano genere, iniendiſque matrimoniorum fœderibus (vt alibi diximus) non eſt ſingulis, aut omnibus particulariter hominibus

Hæretici hoc loco ſunt abuſi. Geneſ. 2

Expoſitio propoſitionis.

I.

II.

Similitudo pulcherrima.

Præceptũ de matrimonio nõ eſt ſingulis datum, ſed hominibus in cõmuni.

nibus datum, vt neceſſe ſit matrimonio copulari, ſed hominibus in communi, ne generis humani deficeret propagatio. Alioquin condemnarentur omnes, qui vel cælibes vixerũt, vel ſuo ſemine terram non compleuerunt, veluti, Abel, Melchiſedech, Ioſue, Daniel, Hieremias, Elias, Eliſeus, Ioannes Baptiſta, &c. Refellenda eſt autem opinio Franciſci Georgij; Tom. 1. problem. 29. & Hebræorum docentiũ, † Hominem à principio fuiſſe geminum, hoc eſt, maſculũ & fœminam coniunctos per dorſum, deinde ſecto latere diuiſos; Ita quòd coram ſibi adſtantes generare poſſent. Refellit verò eam Auguſtinus, quem ſecutus eſt Strabus lib. 3. de Geneſi ad literam: cap. 22. Quod ne putaretur, vtrunque ſexum in homine eſſe; ſed diſcretim & ſeparatim productos pluraliter ſubiecit: Maſculum & fœminam fecit eos.

Exempla multorum

Franciſci Georgij opinio eſt refellenda.

III.

B. Auguſt. Strab. lib. 3 de Geneſ. ad literam cap 22.

Vocabulum autem illud hebræum, Zela, quanquam tam coſtam, quàm latus ſignificat, conuenientius tamen hîc pro coſta ponitur, quoniam litera dicit, & ædificauit coſtam, quã tulerat de Adam in mulierem; Quæ ædificatio ſi intelligeretur in ſeparatis lateribus, inductio cutis, non minus ſuperædificatus eſſet homo, cùm, & ipſe cutem habeat in dorſo, quàm mulier: Quod etiam dicitur maſculum & fœminam fecit eos, per anticipationem dictum eſt, vnde capite ſequẽti modus formationis mulieris de coſta viri explicatur. Natura ergo humana primò fuit producta in vno indiuiduo, & in ſexu virili

Zela, apud Hebræos quid.

Deus maſculum & fœminam fecit eos.

viriļi tantùm. Deinde creata mulier, vt euitaretur blaſphemia, quòd Deus primus & ſummus artifex initio ſuorum operũ monſtra condidiſſet; Et vt vir arctius vehementiuſque diligeret vxorem, eò quòd caro eſſet illius; Et, vt ratio Sacramenti efficax ſeruaretur. Quoniam ſicut Eua ſumpta eſt à viro, ſic Eccleſia ſumpta eſt à Chriſto. Ac poſtremò, vt ab vno homine genus omne deſcenderet humanum.

Euitatio blaſphemiæ quorundam.

Eua ſumpta eſt à viro, & Eccleſia à Chriſto.

Hinc iure etiam quodammodo eorũ reprehenditur opinio, qui hominum propagationẽ ante peccatum, † non per humanum coitũ, ſed per voluntatem Dei, ſicut eſt in Angelis, futuram docuerunt: Quam opinionem B. Thomas 1. par. q. 98. art. 2. Greg. Nyſſeno tribuit. Hic. n. lib. de creatione hominis cap. 28. ſcripſit: Quanquam inter Angelos, vt dictũ eſt, nuptiæ nullæ ſint, tamen in infinitis millibus exercitus Angelorum ſunt. Ita Daniele Propheta in ſuis viſionibus intimante, ergo iuxta eundem modũ, ſi peccati nullus exceſſus ab illa nos Angelica dignitate diſtraheret, nec nobis vtique ad multiplicationem generis humani nuptiæ neceſſariæ probarentur, ſed per modum naturæ quicunq; ille ſit perfectiſsimus quidẽ, quo Angeli multiplicantur, creatoris voluntas humanum genus, vſq; ad prædeſtinatorum numerũ multiplicaſſet: Huic quoq; ſententiæ viſus eſt Damaſc. 4. lib. de Ortho. fid. cap. 15. adſtipulari dicens: Quare, ne exterminaretur, & cõſumeretur humanũ genus à morte, nuptiæ conſtitutæ

IIII.

B. Thom. 1. parte q. 98. art. 2.

Dan. 7.

Damaſcẽ. lib. 4. de fi. de Ortho. cap. 15.

ſunt, vt prolis procreatione genus humanum conſeruaretur. At dices fortè: Quid igitur hoc vult? *Maſculum & fœminam*? Quid hoc? *Creſcite, & multiplicamini?* Ad quod dicemus, Quod hoc, Creſcite, & multiplicamini, non omnino multiplicationem per nuptialem conſociationem ſignificat: Poterat enim Deus hoc genus & alio modo multiplicare, ſi mandatum vſque in finem ſeruaſſent intemeratum: Sed ſciens Deus præſciētia ſua omnia ſciente, prius quàm fiant, quod futuri eſſent tranſgreſſores, & morte condemnandi, anticipans fecit maſculum & fœminam, & augeri, & multiplicari præcepit. Item Chryſoſtomus Homil. 18. ſuper Geneſim, verba illa explicans: Adam vero cognouit vxorem ſuam: opinatur, quod ſi primi parentes non peccaſſent, nullus inter eos futurus eſſet coitus; Namque obnoxij non erant corporeis huiuſmodi voluptatibus. Lex itaque rei venereæ poſt peccatū inducta eſt, quia tunc per coitum iuſsit Deus humanum genus propagari. Idem etiam Procopius cap. 4. ſuper Geneſim; Et Euthymius in Pſal. 50. ſenſere. Ratio autem cur præclariſsimi iſti auctores ad eam opinionē deuenerint, eſt, quod exiſtimare non potuerunt, ſine libidine, brutalique voluptate, quam omnino ſtatus ille integer, & perfectus non patiebatur, fieri poſſe coitum. Vnde beatus Thomas loco prædicto hæc pertractans, declarauit maris & fœminæ † coniunctionem, etiam ſine fœda libidine fieri, & futuram

Exponitur propoſitio Creſcite, &c.

Deus ſcit omnia, antequā fiāt.

Chryſoſt. homil. 18. ſuper Gen.

Lex rei Venereæ.

Procopius cap. 4. ſuper Geneſ.

Euthymius in Pſal. 50.

S. Thom. † V.

ram ante peccatum in primis parentibus; Sed, inquit, hoc non dicitur rationabiliter; Ea enim quæ ſunt naturalia, homini neque ſubtrahuntur, neque dantur homini per peccatum; Manifeſtum eſt autem, quod hominis ſecundum animalem vitam, quam etiam ante peccatum habebat, (vt ſuprà dictum eſt) natura eſt, generare per coitum, ſicut & cæteris animalibus perfectis; & hoc declarant naturalia membra ad hunc vſum deputata. Et ideo non eſt dicendum, quod vſus horum membrorum naturalium non fuiſſet ante peccatum, ſicut & cæterorum membrorum: Sunt igitur † in coitu, duo conſideranda ſecundum præſentem ſtatum, vnum quod naturæ eſt, ſcilicet coniunctio maris, & fœminæ ad generandum. In omni enim generatione requiritur virtus actiua & paſsiua, vnde cum in omnibus, in quibus eſt diſtinctio ſexuum, virtus actiua ſit in mare, virtus verò paſsiua in fœmina: Naturæ ordo exigit, vt ad generationem conueniant per coitum maſculus & fœmina. Aliud autem, quod conſiderari poteſt, eſt quædam deformitas immoderatæ concupiſcentiæ, quæ in ſtatu innocentiæ non fuiſſet; quando inferiores vires omnino rationi ſubdebantur. Vnde Auguſtinus in 14. de Ciuit. Dei: Abſit, vt ſuſpicemur, non potuiſſe prolem fieri, ſine libidinis morbo, ſed eo voluntatis nutu mouerentur illa membra, quo cætera, & ſine ardore, & illecebroſo ſtimulo cum tranquillitate animæ & corporis. Quamobrem

Natura hominis eſt generare per coitū.

VI. Duo in coitu conſideranda.

Virtus actiua & paſſiua in omni generatione requiritur.

Auguſt. lib. 14. de ciuit.

obrem futuræ erant ante peccatum laudabiles nuptiæ, & viri atque fœminæ coniunctiones, per quas humanum genus, non more angelico, ſed humano, multiplicaretur; Et id-
Geneſ. 2. circo ait Scriptura: Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum, ſed faciamus ei adiutorium ſimile ſibi, vt ex ſimilib. ſimilis generaretur ſoboles.

Illud verò, quod affertur vltra: † *Relinquet*
VII. *homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ.* Non arguit vnumquemque ma-
Exponitur propoſitio. Relinquet homo, &c. trimonium contrahere oportere, neque reprehendit caſtitatem vel virginitatem ſeruantes. Docet autem præcipuè duo: Primum, quòd matrimonium nulla ratione ſoluatur, ſed vt quoad vixerint, maritus & vxor vnà ſimul perſeuerent. Nam Chriſtus Dominus noſter, cùm hæc verba Moyſis Phariſęis de libello repudij quærentibus, interpretaretur, id ipſum Matthæi decimonono docuit: Non legiſtis,
Matth. 19. ait, quia, qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos, & dixit, propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna? Ita-
Vir & mulier ſunt vna caro. que iam non ſunt duo, ſed vna caro, quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Clariſsimè profectò Chriſtus hîc, Moyſis ſenſum extitiſſe, coniugium viri & vxoris eſſe indiſſolubile, commonſtrauit, tum quia maſculum & fœminam fecit Deus: tum quia fœmi-
Fœmina eſt os ex oſſibus viri. na eſt os ex oſsibus viri, tum etiam, quoniam ambo ſunt vna caro; tum poſtremò quia prop-

tes

ter illam, vt illi adhæreat, relinquet homo patrem & matrem. Qua de re totam Moyſis ſententiam vnico verbo colligens, inquit: Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Ergo non hîc agitur de Matrimonij contrahendi præcepto, aut de cœlibatu ſiue virginitate nō ſeruanda, ſed de perpetuo vinculo, quo maritus & vxor vinciuntur.

Secundum, quod hæc verba prætendunt, eſt docere quo nam pacto, quave ratione maritus & vxor debent adinuicem viuere; Sequitur enim ibi: Et erunt duo in carne vna: Namque & ad hunc ſenſum docebat Apoſtolus in epiſtola, quæ eſt ad Epheſeos capite quinto, dicens: Ita & viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua; Qui ſuam vxorem diligit, ſe ipſum diligit: Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam; quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſsibus eius. Propter hoc relinquet homo pâtrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Ecce, quomodo Paulus poſtquam præmiſerat diligendam vxorem, quia Chriſtus diligit Eccleſiam; Docet ad hoc, eſſe amandam, quod vnum corpus ſit vnaque caro cum viro, ſicuti ſcriptum eſt, erunt duo in carne vna. Non ergo de Matrimonij tantum coniunctione iuxta beati Apoſtoli ſententiam loquutus eſt ibi Moyſes, ſed quæ dilectio inter coniugatos foret ſeruanda, demonſtrauit.

Maritus & vxor, quo pacto viuere debẽt. Epheſ. 5.

Dilectio inter coniugatos ſeruanda eſt.

EXPLICATIO VII.

Appellauitque Adam nominibus ſuis, &c. Geneſ. 2. D.

S V M M AE.

I. *Adám & Eua perfecti creantur.*

II. *Animalia per Angelum adducuntur ad Adam.*

III. *Animalib nomina Hebraicè imponũtur.*

IIII. *Lingua Hebrea ſeruatur vſque ad Turrim Babel.*

V. *Angeli diuerſas linguas impreſſerunt hominibus.*

VI. *Lingua Hebrea fuit prima lingua.*

Geneſ. 2.

IN libro Geneſeos cap. 2. ſcriptũ reliquit Moyſes: *Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adã, vt videret, quid vocaret ea; Omne enim quod vocauit Adã animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius.* Exponitur propoſitio 1. *Appellauitq; Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cœli, & omnes beſtias terræ.* hęc Moyſes † Sanè ego non arbitror ambigendum primos parentes tam ætate corporiſq; perfectione, quàm animæ virtute perfectos fuiſſe creatos; Nãq; quę hîc dicit Moyſes, palàm oſtendunt, quod illi neque per ætates, aut dies, vel annos in corpore adoleſcebãt, quoniam ſi ſecus eſſet, vtique Scriptura non dixiſſet

dixiſſet, eos (infra) ſexto die fuiſſe factos; Neque etiam eorum animæ paulatim proficiebát in ſcientia, ſed ſtatim tam in moralibus diſcipli nis, quàm ſpeculatiuis ſciétijs perfecti euaſere:

† Hoc quippe teſtatur Scriptura, quam modo induximus, quando animalia cuncta ducta fuiſſe ad Adam refert, vt videret Dominus, quomodo vellet vocare ea. Nomina autem, cùm à rerum proprietatibus deſumi oporteat, neceſſe fuit animalium proprietates nouiſſe Adam, antequam illis nomina imponeret. † Hác quoque primorum parentum perfectionem ratio nobis, vt credamus, ſuadet. Sicut enim primi illi homines erant omnium hominum quátum ad corpus principium vnum; Ita profectò vnũ, idemque caput diſciplinarum eſſe requirebatur, quo ſcilicet, ab eodem vno corpus ſimul & eruditio haberetur à poſteris. Fuerunt igitur perfecti, tam quò ad corpus, quàm quò ad animam, creati. II. Nomina à proprietatibus rerũ debent imponi. III.

Petet aliquis: Quomodo potuerit Adam, vno loco ſimul, eademque hora, ſpecies animalium omnium habere? An Deus adduxit illa; an Angeli portauerunt, an à ſeipſis venerũt ad Adam? Arbitror, Angelos accepta iuſsione à Deo mouiſſe animalium æſtimatiuam; vt velut quodam naturali impetu mouerentur, venirentque. Iubet quippe Deus, iuſsionem ſuſcipiunt Angeli; & intelligunt pecudes, obediuntque animalia: Nam quis, quæſo, locutus eſt arieti, vt inter ſpinas ſe mactandum præbe- Obiectio. Solutio. Exempla multorũ. Geneſ. 22. Exod. 16. Num. 11. Pſal. 104.

ret Abrahæ? Quis allocutus eſt coturnices, vt caſtra Iudæorum replerent in deſerto? Quis
Lucæ 5. piſcante Petro in eius rete vocauit piſces? Aut
Ioan. 21. Ionæ naufragium patienti præparauit Cetum?
Ionæ 2. Qua de re mouerunt Angeli æſtimatiuam animalium, & ſponte ad Adam venientia, nomina ab eo impoſita ſuſcipere. Cęterum autem, cùm ait, *ipſum eſt nomen, quod vocauit Adam.* de nominibus tantum & Hebraicæ linguæ vocabu-
IIII. lis ſentiendum eſt. † Illa quippe matrix omniũ
Matrix omnium linguarum. linguarum, vna eademque intacta, vſque ad ædificationem turris Babel conſeruata eſt; Nam ait Scriptura: Terra tunc erat labij vnius; & di-
Geneſ. 11. xerunt diuinæ perſonæ: Venite confundamus
V. linguam eorum. † Putandum exiſtimo, ſuperborum hominum audaciam volente Deo comprimere, diuerſos Angelos, diuerſas in hominib. linguas fuiſſe operatos, verbi gratia: Vnus vni homini linguam impreſsit Babylonicam; Alius alteri Aegyptiam; Alius alij Græcam.
Linguarũ auctores. Quamobrem fortaſſe idem Angeli propterea diuerſarum gentium Principes appellati ſunt, earum videlicet, quia fuerunt linguæ authores. Et ita poſtea quæcunque lingua ſua adinuenit, impoſuitque rebus nomina.
VI. † Hebræa autem lingua per Adam primitus data in ea parte hominum, qui vel ſub ipſius Dei protectione, vel more aliorum ſub Angeli cuiuſdam defenſione remanſit. Porro ſunt nonnulli, qui exiſtiment, illam fuiſſe Chaldaicam, quoniam Abraham Chaldeus vſus eſt ea, & ad poſteros

eius

eius ad Moyſen, vſq; & deinceps ad alios peruenit. Niſi fortè diceretur, duas linguas habuiſſe Abraham; Chaldaicam vnam, Hebræam alteram: Quæ à ſanctis Patribus accepta, in populo Dei perpetuò permanſerit: ſatis nobis hîc ſit, Hebræam linguam vſq; ad tempora Moyſis conſeruatam, & iuxta illius vocabula Moyſen ſcripſiſſe. Vt verum ſit, quod dicitur: *Omne enim, quod vocauit Adam, animæ viuentis, ipſum eſt nomen, &c.*

Abraham habuit linguam Hebraicam & Chaldaicã.

EXPICATIO VIII.

In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Geneſ. 3. D.

S V M M AE.

I. *Homo omnis ad terram colendam non tenetur.*
II. *Terra ante peccatum ſpontè fructus proferebat.*
III. *Terra maledicitur propter peccatum.*
IIII. *Spinæ & tribuli erant ante peccatum.*
V. *Terræ maledictio eſt ſterilitas.*
VI. *Laborandum eſt omnibus hominibus.*
VII. *Laboris hominis multæ vtilitates.*
VIII. *Laborandum eſſe quibus de cauſis.*
IX. *Peccatum Adæ, mortem corporis & animæ induxit.*

SCRIBITVR Gen. 3. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Locus iſte vſurpatur ab hæreticis, docentibus quemcun-

Hæreticorum quorundam abuſio.

cunque hominem, cuiuſcunque conditionis, ad terram colẽdam obligari; Generaliter enim nemine prorſus excepto omnibus dicitur: In ſudore vultꝰ tui veſceris pane tuo: Proindeq;
Exempla. peccare aũt Reges, Principes, Nobiles, Sacerdotes, Eccleſiaſticos viros; qui ad victũ ſibi cõparandum, agriculturam non exercent; Sed omnem hominem ad terram colendam fore obligatum, diuinæ contrarium eſt auctoritati;
I. † quippe quod Moyſe, ſacerdotalem, Leuiti-
Num. 18. cum, & templo deſeruientium ordines inſtituente, præcipitur, vt ex decimis & oblationibus viuant, & minimè ad terram colendã (quo
3. Reg. 19. ſibi victum compararent) adiguntur. Eſaias quoque, Elias, atque alij Prophetę, relicta agricultura, verbo diuino aſsiduè inſtabant, ita vt Eliſeus ab Elia vocatus, ſtatim, relictis bobus,
Matth. 3. ſequeretur illum. Notus eſt Ioannes Baptiſta, qui vſq; ad trigeſimum ſuæ ætatis annum, neque terram colens, aut eam aratro ſubigens,
Actor. 2. aut ſeminans, deſertum incoluit. Apoſtoli quoque, poſtquam Spiritum ſanctum acceperunt, ex alienis miniſterijs, & non proprijs agriculturæ laboribus viuebãt. Taceo tot poſtea Sanctos, Anachoritas, & eremum incolentes. Taceo tot alios Cænobitas, quorum nemo proprijs manibus victum quæritauit; vitæ tamen ſanctitate, miraculiſque innumeris claruerunt:
Ioan. 6. Immo, quod ait Dominus apud Ioannem cap. 6. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam; Indicat his verbis, quo-

quomodo ſpiritualem cibum quærere oporteat. Huc etiam ſpectant verba, quæ Marthæ dicit, Luc. 10. Martha, Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima; Porro vnum eſt neceſſarium; Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Quis hîc non videt contemplatiuam vitam in Maria potius laudari, quàm in Martha vitam actiuam? Quocirca erroneum eſt, aſſerere vnumquemque hominem, cuiuſcunque conditionis, ad agros colendos (vt, In ſudore vultus ſui comedat panes ſuos) obligari: Sed verba, quæ proferunt hæretici, dicentes: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, Nō hoc volunt, non hoc præcipiunt, ſed docent tantum, Terram, † quæ ante peccatum, ſpontè neceſſaria homini proferebat; poſt peccatum, non niſi, ſudore vultus cultam, aliquid fore allaturam. Docetur etiam, laborem hominis, qui erat cum delectatione ante peccatum, pœnalem & cum ſudore poſt peccatum fieri: Dicitur etiam ſic: *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas & tribulos germinabit tibi: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es. Terra enim es, & in terrā ibis.* Ecce igitur, quomodo maledicitur terrę † propter Adam, ſiue in opere Adam; hoc eſt, propter peccatum Adæ; & ita fermè maledicitur, vt ſterilitatem incurrens, In ſudore vultus ſui, illam ſcilicet ſubigendo, cogatur homo panem comedere: quia terra, non niſi arata & culta,

Luc. 10.

Contemplatiua vita laudatur.

Expoſitio propoſitionis. II.

Geneſ. 3.

III.

fru-

IIII. fructum erat reddituræ. † Spinę quidem & tri-
Spinæ & tribuli ante peccatū, quomodo erant.
buli erant ſuper terram, ſed non, vt laborē inferrent homini, quomodo poſt peccatum faciunt; ſerpentes quoque & alia, quæ nunc noxia ſunt, animalia, reperiebantur; nihil tamen nocumenti afferebant: Labor etiam hominis ſuauis & delectabilis erat, & ad virtutis exer-
V. citium futurus. † At poſt peccatum in pœnam & afflictionem prædictis verbis definitur. Ergo hîc declaratur ſterilitatem terræ, & laborem hominis, propter peccatum fuiſſe inductum, & non cuique agricultura præcipitur.

Alia expoſitio.
Sed quoniam apud probatos quoſdam authores verba illa: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*; præter ea, quæ dicta ſunt, pro naturali atque diuino præcepto ita recipiuntur, vt
VI. nullus à † labore manuum ſudoreq; vultus pro victu quærendo ſecludatur; afferemus etiam
Opus manuum, quomodo prę-cipitur à Paulo.
communem eorum interpretationem: Præceptum ergo, aiunt, manualis laboris datū eſt ijs, qui non habent, vnde licitè viuere poſsint. Nā ſi quis abſq; cibo vitam tranſigere valeret, vel ei eſſent opes, quibus honeſtè viueret, vtique ad ſudorem vultus non teneretur. Eademque omnino ratione, qui licitè viuere nequit, quia non habet, certè ad ſudorem vultus, & laborē
Pſal.127. manuum religatur: Et ob id in Pſal. ſcriptum eſt, Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene ibi erit. Hinc adnotandū eſt, Apoſtolum Paulum nuſquam in Epiſtolis ſuis opus manuum præcepiſſe, niſi eis, qui victum

ctum illicitè quærebant;Nam primò ad Epheſ. 4.cap.ſcribens,ait: Qui furabatur,iam non furetur,magis autem laboret operando manibus ſuis. Hîc laborem requirit Apoſtolus,vt vitetur furtum;Deinde in 1.Epiſtola ad Theſſ.cap. 4.ſcribit: Operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis, & vt honeſtè ambuletis, ad eos qui foris ſunt.Hîc taxat cupiditatem rerum alienarum,quàm multi ex Theſſalonicenſibus ſequebantur: Tertiò in eadem Epiſtola cap.3.ait:Cùm eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniã ſi quis non vult operari, nec manducet. Audiuimus enim quoſdam inter vos ambulare inquietè, nihil operãtes,ſed curioſè agentes,id eſt,ait Gloſa,qui fœda cura neceſſaria ſibi prouident:Et hîc arguit eos,& operari præcipit,qui ex turpibus negotijs victum comparabãt. His autem dicit Apoſtolus, qui huiuſmodi ſunt, denunciamus, & obſecramus,vt cum ſilentio operantes panem ſuum manducent: Qua de re ſecundum Apoſtoli ſententiam, ei qui non furatur, nec inhiat rebus, neq; turpia ſequitur negocia, non præcipitur operari.

Epheſ.4.

Theſſal. 4.

Et cap 3.

Gloſa.

Beatum Apoſtolum ſequitur D.Thomas 2. 2.q.187. Plures ex labore hominum colligens vtilitates, † quas hîc non piget aſſcribere:Prima eſt ea,quæ principalis videtur, vt honeſtè comparetur victus:Secũda,vt pernicioſa otia, quæ multorum ſunt cauſa malorum, euitẽtur: Tertia pro corporis frænandis concupiſcẽtijs:

B.Thomas 2.2. q. 187.

VII.

Prima vtilitas.

Secunda.

Tertia.

Quarta. Quarta, vt habeatur, quomodo indigentibus ſubueniri poſsit. Quod præcipiens Apoſtolus

Ephеſ.4. ad Epheſ. 4. dixit: Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonum eſt, vt habeat, vnde tribuat, neceſsitatem patienti: Quamobrem præceptũ operandi eos omnes aſtringit, qui prædictis

VIII. cauſis ligantur. † Ex ijs (vt opinor) ſatis conſtat, neque omnes ad labores manuum teneri, neque ob præcepti neceſsitatem agriculturam

Auctoris ſententia. omnes exercere oportere. Porro opere manuali humanis officijs omnibus, ait Thomas, ex quibus licitè homines victum lucrantur, ſiue manibus, ſiue pedibus, ſiue lingua fiant, in ſudore vultus panem acquirunt; Namque vigiles, curſores, & alij huiuſmodi ſuo labore viuentes, etſi agriculturam non exerceant, intelliguntur tamen de operibus manuum viuere.

Manus eſt organum organorũ. Siquidem manus eſt organum organorum, & propterea per opus manuum omnis illa operatio intelligitur, qua victum aliquis licitè lucrari poteſt. Proinde laborandum vnicuique iuxta ſuam vocationem alibi declarauit Scriptura, dicens per Apoſtolum in 2. epiſtola ad

2. Theſ. 3. Theſſalon. cap. 3. Qui non laborat, non manducet: Laborẽt ergo Reges, pacificè & iuſtè regnum adminiſtrando; laborent Principes, ſuos populos ſine oppreſsione gubernando; laborent nobiles pro Republica; laborent Iudices pro iuſtitia; laborent ſacerdotes in ſacrificijs offerendis; laborent Concionatores prędicando.

Qui non laborat, non manducet, exponitur.

do, Doctores docendo, Monachi orando, Artifices artes ſine dolo exercendo, & Agricolæ terram ſerendo; Sicque vnuſquiſque in ſudore vultus ſui veſcetur pane ſuo, & laborans manducabit.

Non prætèribo autem errorem Ioſephi lib. 1. Iudaicarum antiquitatum, hæc verba exponentis, & Deum ad Adam loquentem inducentis. † Is enim homini ob pœnam ſuæ tranſgreſsionis non mortem corporalem, ſed corporis infirmitates, velocioreſque ſenectutes fuiſſe datas, exiſtimauit: Nam neq; infirmitas, neque dolor, neque velox ſenectus eum præmebat antè; Mortem verò tam corporis, quàm animæ, per peccatum, hominem incurriſſe, docuit Auguſtinus lib. 13. de Ciuit. Dei, cap. 15. Cuius verba ſubſcribam: Conſtat inter Chriſtianos veraciter Catholicam tenentes fidem, etiam ipſam nobis corporis mortem, non lege naturæ, qua nullam mortem hominis Deus fecit; ſed merito inflictam eſſe peccati, quoniam peccatum vindicás Deus, dixit homini, in quo tunc omnes eramus, Terra es, & in terram ibis. hæc Auguſtinus. De hac etiam re definit Eccleſia in Concilio Aphricano, cap. 76. in hæc verba: Quicunque dixerit, Adam primum hominem mortalem factum ita, vt, ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret non peccati merito, ſed neceſsitate naturæ, Anathema ſit.

Error Ioſephi lib. 1. Iudaicarũ antiquitatum. IX.

Augu. lib. 13 de ciuit. Dei, ca. 15.

Concilium Aphricanũ cap. 76.

EXPLICATIO IX.

Videntes filij Dei filias hominum, &c. Gen. 6. A.

SVMMAE.

I. *Qui ſunt filij Dei, qui filias hominum acceperunt.*

II. *Angeli boni non peccauerunt cum mulieribus.*

III. *Dæmones an peccauerint cum mulieribus.*

IIII. *Filij Dei ſunt filij Seth.*

V. *Diluuij cauſa fuit concubitus cum filiabus Caym.*

VI. *Caro omnis corruperat viam ſuam.*

VII. *Spiritus Dei non permanebit in homine, quomodo intelligatur.*

VIII. *Anni centum viginti, quomodo hominibus conſtituti.*

Quęſitum. Reſpōſum Moyſis. Expoſitio propoſitionis.

QVÆRET aliquis cauſam, cur aquis diluuij Deus iratus genus humanum omne deleuerit? Reſpondet Moyſes: *Quoniam videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceperunt vxores ſibi ex omnibus, quas elegerant.* Sed cùm verbum Hebraicum Elohim, † vtriuſq; numeri ſit, & Deum, & Deos ſignificet: Ideo Benehelohim Aquila vertit, filios Deorum; Deos, Sanctos, vel Angelos intelligens. Et Symmachus filios potentum interpretatus eſt. Inde ergo ſubortę ſunt opiniones: Nam Ambroſius libro primo de Noe & Archa,

I. Aquila. Symmachus. Ambroſi⁹ li.1.de Noe & Archa, cap.4.

cha, capite quarto, exiſtimaſſe videtur, † Angelos bonos concubitum terrenarum mulierum appetijſſe, ob quod tam graue ſcelus immiſſæ fuerint ſuper terram aquæ diluuij. Creditur, Ambroſium à Lactantio Firmiano ſecundo diuinarum inſtitutionum libro, cap. 15. & à Tertulliano lib. de habitu mulierum, vel à Iuſtino Martyre in Apologia ad Senatum Romanum deſumpſiſſe. Hi enim ſenſerunt in exordio miſſos Angelos ad tutelam cultumque generis humani: Qui tamen mulierum contagione maculati, patriæ cœleſtis amiſerunt dignitatem, Dæmoniſque facti ſunt ſatellites. Eos tamen refellit Chryſoſtomus homil. 22. in Geneſim, exponens illa verba: *Videntes autem filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, &c.* Gen. 6. Et Cyrillus lib. 2 ſermone primo allegoriarum in Pentateucum: Et Caſsianus 12. lib. collationum cap. 8. pro conſtantia affirmantes deliramenta eſſe: Quod natura illa corporea copuletur ſiue miſceatur corporib. humanis. Si enim tunc ſe immiſcuiſſent: nunc quoque nihil vetaret immiſceri. Nemo tamen eſt, qui vel videat, vel audiat, ex angelorum cum mulieribus congreſſu hominem naſci. Et ideo Benehelohim pro Angelis cœleſtibus accipi nõ debet. Fuerunt alij, qui Benehelohim non Angelos, ſed Dæmones, † qui etiam à ſcriptura lib. I. filij Dei vocantur, ſignificare cenſerent; & hos aſſumpta ſpecie humana, cum mulieribus concubuiſſe. Quam ob cauſam iratus Deus,

II. Lactantij Firmiani, Tertulliani, & Iuſtini martyris opinio.

Chryſoſt. hom. 22. in Geneſ.

Cyril. li. 2. ſerm. 1. allegoriarum, in Pentateucum.

Caſſianus lib. 12. Collat.

III.

aquarum diluuio hominem deleuit: Poſſe autem Dæmones, humana carne veſtitos, cum mulieribus coire, in confeſſo eſt diuo Auguſtino lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 23. Cuius rei fama inquit, ita celebris aſſeritur; vt impudentia ſit, illam negare: Improbi enim Dæmones, quos vulgo, Incubos vocant, ſiue Siluanos, & Faunos, rem Veneream cum mulieribus & egiſſe potuerunt, & agere poſſunt. Refellenda tamen hæc diluuij cauſa, atq; improbanda eſt. Siquidem huiuſmodi commixtionis ſcelus non ad fœminas, quæ deluſæ patiuntur, ſed ad improbitatẽ Dęmonum referendum eſſet. Diluuium autem homines deleuit, non Dæmones; Itaque vt pœna ſuos teneat authores, nõ Dæmonum, (etſi verus ſit) ſed hominum concubitus cauſa exſtitit diluuij. Non defuere adhuc, qui dixerunt, Benehelohim, ſignificare filios Iudicum & potentum; Quodque hi videntes pulchras ſubditorum filias, per vim raperent, antequam nuptui darentur: Quod, cùm crimen eſſet maximum, deleuit Deus omnem carnem, Cùm verò dicat textus, *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam*; oſtendit ſcelus, propter quod deletus eſt omnis homo; non paucorum potẽtum, ſed omnium hominum fuiſſe; ne aut innocentes aliorum peccato punitos, aut maiorem, quàm culpa mereatur, fuiſſe pœnam aſſeramus. Strabus communem opinionem ſequutus, Benehelohim ad religioſos & ſanctos filios † Seth referrendũ putat: Iſtis enim Deo

Dæmones poſſunt cũ mulieribus coire

Augu. lib. 15. de ciuit Dei, ca 28.

Incubi & ſuccubi.

Opiniones Diluuij cauſæ diuerſæ.

Benehelohim quid.

Strabus quid ſentit de hoc nomine Benehelohim.

IIII.

ing

inſpirante, dederat prçceptum Pater, vt vnum Deum colerent, illiuſque præcepta ſeruarent, & ne terrenis voluptatibus macularentur; & præſertim, ne aliquando † cum filiabus Caym, (quas propterea filias hominum appellat, quia relicto Dei cultu, hominum voluptatibus erát immerſæ) miſcerentur, matrimoniave inirent. V.

Pulchritudine ergo & concupiſcentia filiarum Caym victi filij Seth, patris præceptum obliti, acceperunt eas in vxores, & in omne libidinis, luxuriæque ſcelus prolapſi ſunt. De his Beroſus li. 1. de temporibus ait: Scribunt, illis temporibus circa Lybanum fuiſſe Enon vrbem maximam gigantum, qui vniuerſo orbi dominabantur, ab occaſu Solis ad ortum. Hi vaſtitate corporis, ac robore confiſi, inuentis armis omnes opprimebant, libidinique inſeruientes, inuenerunt papiliones, & inſtrumenta muſica, & omnes delicias. Manducabant homines, & procurabant aborſus, Eduliumque præparabant; & commiſcebantur matribus, filiabus, ſororibus, & maſculis, & brutis, & nihil erat ſceleris, quod non admitterent contemptores religionis & Deorum. † Vt rectè ob id dicatur: *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam*; quia tam filij Seth, quàm filiæ Caym orbem replentes, Dei cultum naturæq; vſum peruerterant. Et hçc vera cauſa eſt diluuij, iræque Dei, quam Moyſes commemorat, dicens: Videntes filij Dei (id eſt filij Seth religioſi) filias hominum (hoc eſt, de ſtirpe Caym) quòd eſſent pulchrç, VI.

Pulchritudo filiarũ Caym.

Beroſus li. 1. de temporibus.

Vrbs Enon

Hominum genus crudeliſſimũ.

Moyſes ponit diluuij cauſam.

(id eſt, laſciuæ, rubricæ, diſſolutæque) concupiſcentia victi, acceperunt vxores ſibi (hoc eſt ad eorum voluptates explendas, nullo habito delectu) ex omnibus, quas elegerant. Quod vero ſequitur: † *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.* Vno modo exponitur à Lyrano: Non permanebit ſpiritus meus, id eſt, indignatio mea contra hominem in æternum: Quia peccatum eorum non erit irremediabile, ſicut peccatũ angelorum, ſed pœnitentia poterit expiari centum & viginti annorum, Et huius benignitatis afferens rationẽ, ſubdit: Quia caro eſt, id eſt, fragilis conditionis.

VII. Propoſitio Gen. 6. exponitur. Expoſitio Lyrani.

Expoſitio Rabi Salomonis.

Alio modo exponitur: Non permanebit, à Rabi Salomone; pro non diſceptabit. Ac ſi dicat, non diſceptabit Spiritus meus, An debeam aquis diluuij delere hominẽ; aut non? Non amplius ſuſpenſam retinebo ſententiam, ſed nunc profero: Hominem eſſe delendum hinc ad centum & viginti annos. Ratio eſt, quia homo caro eſt, ſcilicet nimis peccatis, voluptatibuſque carnalibus implicatus, vt quaſi euaſerit caro.

Expoſitio D. Hieron.

Tertio modo exponit Hieronymus: Non permanebit, id eſt, non iudicabit Spiritus meus homines in ſempiternum: hoc eſt, non puniam eos ſempiterna, ſed temporali pœna; quia caro eſt; Eius verba ſunt: Non iudicabit ſpiritus meus homines in ſempiternum, Quoniam caro ſunt, hoc eſt, quia fragilis eſt hominum conditio: non eos æterno cruciatui reſeruabo, ſed hîc reddam quod merentur. Clementia ergo

eſt,

eſt, non ſeueritas, quod peccator hîc pro ſcelere viſitatur; Vnde Deus iratus dicit Oſeæ 4. Oſeæ 4.
Non viſitabo filias eorum,cùm fornicatæ fuerint. hæc Hieronymus lib. de hebraicis quæſt.
Quòd verò ſequitur:† *Erantq; dies illorum centum & viginti annorum*. Non definit vitæ hu- VIII. Gen. 6. 10. 21.
manæ tempus poſt diluuium: ſiquidem multi amplius, quàm centum & viginti annis, poſt diluuium vixerunt. Nam Arphaſat vixit tercentis & triginta tribus annis: Et Sale quadringentis triginta tribus; & toto vndecimo capite, vſque ad Tharæ, qui ducentis & quinq; annis vixit, ſcribuntur: qui per amplius quàm centum & viginti annorum, longiorem vitam duxerunt. Poſiti vero ſunt centum & viginti anni ad pœnitentiam peragendam: ſed quia in malitia perſeuerarūt, ante præfixum terminum centeſimo anno deleti ſunt: ſententia eſt beati Heronymi lib. quæſt. hebraicarum, cuius verba referam: Ne autem videatur crudelis, quaſi locum penitentiæ non dederit, adiungit: Sed erunt dies eorum centum viginti anni. Non enim intelliguntur prædicti eſſe anni vitæ humanæ, cum poſt inueniatur homo amplius vixiſſe, ſed intelligitur ante annos centum viginti, quàm inciperet Archa fieri; quæ facta, legitur centum annis, Deum ad Noe hoc dixiſſe, prænunciando diluuium, non vitæ humanæ deinceps futuræ præſcribendo ſpacium; ſed eorum, quos erat diluuio deleturus. Hæc autem porro ſcripta ſunt, vt ſeueritate Dei

Hierony. m' vt ſup.

Expoſitio illius propoſitionis, Erūt dies eorum cētum viginti anni.

contra voluptuoſos, adulteros, inceſtuoſos fornicatores penſata, animum ab his criminibus compeſcamus.

EXPLICATIO X.

Gigantes autem erant ſuper terram, &c. Geneſ. 6. A.

SVMMÆ.

I. *Gigantes cuius fuerint ſtaturæ.*

II. *Gigantes quomodo, vel quãdo orti fuerint.*

III. *Gigantes an ex Angelis & mulieribus nati fuerint.*

IIII. *Gigantes an ex Dæmonibus & mulieribus nati ſint.*

V. *Gigantes fuerunt veri homines ex hominibus nati.*

Theodor. 48. quæſt. ſuper Gen. Origenis opinio deſellitur.

REFERT Theodoretus 48. quæſt. ſuper Geneſim, opinionẽ (vt creditur) Origenis, Gigantes, qui Hebraicè dicuntur Nephilim, id eſt, cadentes, fuiſſe homines naturaliter procreatos, ſtatura hominum vſitata, ac cæteris æquales. Propterea verò Gigantes, hoc eſt, cadentes, vocari, quod Dei eſſent oſores, aduerſarij, improbi, & prorſus impij. Sed hanc improbans, ſic ait: Ego verò, cùm audio Scripturam dicentem de Og,
Deuter. 3. Num. 13. 1 Reg. 17. & 21.
quod à Gigantibus oriundus erat, & quod cubile ipſius ferreum erat, habens longitudinem † nouem cubitorum, & latitudinem qua-
1.
tuor

ſuor cubitorum. Cum audio exploratores narrantes, quòd erant in conſpectu Gigantum tanquam locuſtæ; & de Goliath, quod longitudinem habebat ſex cubitorum, & palmi; arbitror, fuiſſe quoſdam prægrãdes homines, Deo hoc ſapienter diſpenſante. Auguſtinus lib. 15. de Ciuit. Dei, cap. 9. Homines olim prægrandes fuiſſe, Virgilij teſtimonio 12. Aeneidos de Turno loquentis, comprobat: Qui pugnans prægrandem lapidem in agrorum limite infixum, & rapuit, & cucurrit, & intorſit in Aeneã: quo ictu proſtratus, à Venere matre contectus diffuſa caligine nigra.

Auguſt. lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 9.

Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent,

Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Significãs maiora tũc corpora producer ſolere tellurẽ. Quanto magis igitur tẽporib. recentib. mundi, ante illud nobile, diffamatumque diluuium, grãdia corpora extitiſſe, credendum eſt? Dicit quoque, ſe cum alijs multis vidiſſe in littore Vticenſi, molarem hominis dentem, tam ingentem, vt ſi in noſtorum dentium modulos minutatim conſcinderetur, centum ex noſtris videretur facere potuiſſe. Et eodem lib. cap. 23. refert: Romæ ante paucos annos, quàm excidium pateretur à Gothis, fœminam corpore quodammodo Giganteo longè cæteris præminentem extitiſſe, ad quam viſendam mirabilis fiebat vſquequaque concurſus: ſed illud admirationem augebat, quòd parentes eius nõ ita longi erant homines, quales videre conſue-

De dente molari mirum.

Eodem lib. cap. 23.

Fœmina corpore Gigantea.

Plinius lib. 7. cap. 48.

uimus. Plinius quoq; lib. 7. cap. 48. putat eſſe in confeſſo, generis humani in dies minorem fieri ſtaturam, obſeruatumque raros patribus proceriores fuiſſe: Atque ſubdit, in Creta terræmotu rupto monte, inuentum eſt corpus, ſtãs quadraginta ſex cubitorũ: quod alij Orionis, alij Etionis fuiſſe tradunt. Oreſtis corpus oraculi iuſſu defoſſum, ſeptem cubitorum fuiſſe, monumentis traditur. Gellius etiam libro tertio dicit, ſummam adoleſcendi humani corpus ſeptem pedes eſſe: Quod verius arbitratur, quàm quod de corpore Oreſtis, ſeptem cubita lõgitudinis habẽte, ſcripſit Herodotus.

Corpus in Creta inuentum. Corpus Oreſtis. Gell. lib. 3. Herodot 9.

II. De ortu vero eorum, † vel quando, vel à quibus factus ſit, hoc certi ſtatuit diuina Scriptura, dicens Gen. 6. Gigantes autẽ erant ſuper terram in diebus illis: poſtquam enim ingreſsi ſunt filij Dei ad filias hominum, illęque genuerunt, iſti ſunt potentes à ſeculo viri famoſi. Ex cõgreſſu igitur filiorum Dei & filiarum hominum Gigantes orti ſunt: Vnde variæ natæ ſunt opiniones, prout verbum Hebraicum, Benehelohim, interpretatum fuit. Ambroſius quippe lib. 1. de Noe & Archa cap. 4 exiſtimaſſe videtur ex bonorum Angelorum & mulierum concubitu; verba illius ſunt. Non Poëtarũ more, Gigantes illos terrę filios vult videri diuinę Scripturæ conditor; ſed ex Angelis & mulieribus generatos aſſerit.

Geneſ. 6. Opiniones diuerſę circa Gigãtes. Ambr. lib. 1. cap. 4. de Noe & Archa.

III. † In quo videtur ſequutus Tertullianum de habitu mulierum, & Lactantium Firmianum ſecundo diuinarum inſtitutio-

tutionum volum. cap. 15. Et Euſebiū Cæſarienſem 5. Euangelicę præparationis libro, ita ſcribentem: Cum autem vidiſſent Angeli Dei filias hominum, quod eſſent ſpecioſæ, elegerunt ſibi ex illis vxores, ex quibus procreati ſunt famoſiſsimi Gigantes à ſeculo. Itaque omnium vna videtur eſſe prædictorum ſententia, quod Angeli cœleſtes ad cuſtodiam hominum deputati, pulchritudine mulierum allecti, ſe illis miſcuerint, atque inde exorti ſint Gigātes. Hanc autem opinionem duo maximè impedire atque refellere videntur. Primum, quod tam ipſe Ambroſius, quàm vniuerſa Theologorum ſchola aſſerit, peccatum cœleſtium Angelorum non luxuriam, ſed ambitum fuiſſe. Deinde nemo prudens negabit, initio poſt Luciferi peccatum, bonos Angelos in gratiam confirmatos, vt deinceps peccare non poſſent. Quomodo ergo cum mulieribus turpiter fœdati ſunt? In cuius rei teſtimonium dicit Auguſtinus eodē lib. & cap. Dei tamen Angelos ſanctos nullo modo illo tēpore ſic labi potuiſſe crediderim, nec de his dixiſſe Apoſtolum Petrum: Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, &c. ſed de illis, qui primum apoſtatantes à Deo, cum Diabolo principe ſuo ceciderūt. † Sed alij extimauerunt, verbū, filij Dei, ſiue Benehelohim, pro Dæmonibus accipi oportere: Nam & hos filios etiam Dei vocat Scriptura, Iob. 1. Quāobrem ex ijs ortos gigantes credunt, quos Incubos, ſiue Syluanos, & Faunos appellant.

[Margin: Euſebius Cæſ. lib 5. Euangelicæ propoſitionis. — Refellitur hæc opin. — Aug. eodē lib. & cap. — 2. Pet. 2. — IIII. — Iob. 1.]

Quæ opinio ex eo confirmari videtur, quod geniti magnam corporis molem præ cæteris hominibus gererent; viribuſque alijs præſtarent. Neque Incubis deeſſe poterat facultas, additis ſecundum eorum peritiam rebus quibuſdam naturalibus, quæ ipſam corporeã molem adiuuarent, applicandi: Sed ſi hoc demus; fateamur etiam oportet, Gigantes non homines, ſed Dęmones fuiſſe: Quod omnino eorũm vita, progreſſus, & mors negat. Qua de re ſequitur tertia Catholicorum ſententia, quæ habet, verbum Benehelohim, ſignificare filios Seth: Qui ob eam cauſam filij Dei appellantur; quia Seth ſanctus & iuſtus fuerat: Et ſancti & iuſti in Scripturis Dij vocãtur, iuxta illud Pſalmi: Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Hi ergo cùm accepiſſent vxores de ſtirpe Caym, genuerunt Gigantes; id eſt, viros potentes, immenſos corpore, ſuperbos viribus, inconditos moribus, ſineque metu Dei. Nec debet videri cuipiam incredibile, ab hominibus, non ab Angelis, vel à quibuſdam Dæmonibus, qui mulieribus, vt aiunt, ſunt improbi, eiuſmodi homines eſſe procreatos, quia & poſt diluuiũ corpora non ſolum virorum, ſed & mulierum incredibili magnitudine extiterunt. Author libelli de teſtamentis duodecim Patriarcharum in teſtamento Ruben referens cauſam magnitudinis Gigantum, ait: Ita enim ſeduxerunt vigiles ante diluuium, & illi continuò videntes eas, affecti ſunt deſiderio ad inuicem, & conceperunt

Catholicorum ſententia.

Pſal. 81

Author libelli de teſtamentis 12. Patriarcharum in Teſtamento Ruben.

p.runt

perunt mente operationem, & transfigurati ſunt in homines, & in coitu virorum ſuorum apperuerunt eis, & illæ deſiderantes mente imaginationes eorum, pepererunt Gigantes. Apparuerunt enim eis vigiles vſque ad cœlum attingentes. Itaq; neminem (vt arbitror) mouere debet Gigantum magnitudo; vt homines propterea non æſtimentur. Nam placuit ſummo Conditori, non modo pulchritudines rerum, verum etiam magnitudines, fortitudineſque corporum non magni facienda eſſe ſapienti. Sunt enim bonis & malis æquè communes, ſed ſpiritualibus, immortalibuſque rebus, quę propriè bonorum ſunt, beatificari homines monſtrare. Et Deuter. cap. 2. dicitur, *Terra Gigantum reputata eſt, & in ipſa olim habitauerunt Gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim; populus magnus, & multus, & proceræ longitudinis, ſicut Enacim, quos deleuit Dominus, &c.* Quam rem alius Propheta commendans, ait: Ibi fuerunt Gigantes illi nominati, qui ab initio fuerunt ſtatura magni, ſcientes prælium. Non hos elegit Dominus, nec viam ſcientiæ dedit illis, ſed interierunt; quia non habuerunt ſapientiam; perierunt propter inſipientiam. Sed non omnes quippe fuerunt Gigantes; ſed quidam tantum: vt intelligeres, tam facilè optimo conditori eſſe, maiores, veluti minores, creare. Neque dedit maxima omnibus corpora, vt eorum amputaret ſuperbiam cohiberetque arrogantiam. Nam ſi paruiscor-

Deuter. 2.

Gigantes fuerunt deleti.

pori

poribus, exiguiſq; præditi viribus contra Deũ creatorem extollantur; quid cenſes facturos, ſi maxima corpora eſſent ſortiti?

EXPICATIO XI.

Videns autem Deus, quod multa malitia, &c. Geneſ. 6. A.

SUMMAE.

I. *Homo natura non eſt malus.*

II. *Homo vitare poteſt peccatum.*

III. *Homo proclinis ad peccandum, ſed non cogitur.*

SCRIPSIT Moyſes Gen. 6. Deum vidiſſe multam hominum malitiam, eamq; multiplicatam in terra, vt cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum, & capite octauo repetens, inquit: *Senſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* † Hominem propria natura eſſe malum; & nihil poſſe, niſi peccare, alienum eſſe à Moyſi intentione, declarant, quæ capite 1. dixerat: Et vidit cuncta, quæ fecerat Deus, & erant valde bona; Inter cætera valde bona à Deo condita, creatus eſt homo; Quomodo malus ergo? Deinde ſi homo ad ſimilitudinem & imaginem Dei creatur, quomodo natura malus? Cuius nam mali, eſt imago & ſimilitudo Dei? Item, ſi malus, quomodo ei bonarum rerum, imperium & adminiſtrationem concredidit, dicens: Dominamini piſcibus maris & vola-

Geneſ. 8. 1. Contradictio. Exponitur propoſitio. Homo quomodo malus.

volatilibus cœli, & cunctis beſtijs terræ? Rurſus, quomodo natura malus poteſt eſſe, qui ab optimo Deo, ſummoque bono principio, poſt omnes creaturas formatur? A bono enim principio cauſari non poteſt, niſi bonus effectus.

† Id etiam, quod addit, ita hominem eſſe malum, vt nec vitare peccatum poſsit: Quia cogitatio cordis humani in malum prona eſt: prorſus à veritate alienum comperitur. Nec illud Moyſes, qui liberum hominem cap. 4. ad bonum & malum agendum deſcripſerat, dicere potuit. Nam ita Dominum ad Caym fratricidam inducit loquentem: Nonne ſi bene egeris, recipies; ſi malè, ſtatim in foribus peccatum aderit? Sed ſubter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Quid, quæſo, eſt, dominari appetitui; bene recipere, ſi bene egeris, peccare, ſi malè? quàm liberum in ſuis operibus hominem conſtituere. Proinde falſum eſt omnino, hominem ad peccandum compelli, vel non poſſe non peccare, cùm à natura ſit ei inſitum, † vt tam liberè peccet, quàm liberè bene operetur. Hi verò loci docent, eo tempore fuiſſe homines nequiſsimos, qui derelicto Deo, cunctam cordis intentionem ad malè operandum intenderant: vt non tantùm paſsione victi, ſed certa quoque malitia peccarent. Nam, non inquit: Videns Deus homines malos: ſed, quòd multa malitia hominum eſſet in terra. Neque dixit, cunctam cogitationem cordis eſſe malam, ſed ad malum intentam.

Vnde

II. Geneſ. 6.
Solutio contradictionis. Geneſ. 4.
III.

Vnde perperam colligitur, cuncta hominis cogitatio prona eſt ad malum, ergo homo natura ſua malus eſt. Longè enim differunt cogitatio hominis, & natura ipſius hominis, poteſtque bona illius, vel mala eſſe cogitatio, remanente tamen natura, quam condidit Deus bona ſimul & recta. Præterea, inquit Scriptura, Pœnituit Deum, quòd hominem feciſſet in terra. Quomodo autem, quia malus eſſet homo, pœniteret Deum, ſi eum malum creaſſet? Aut quomodo in pœnam mali deleret eum, ſi malum condidiſſet? Deus ergo fecit hominem rectũ, malitia autem propria, iuuentus eſt peccator. Huiuſmodi vero procliuitas ad peccandum, à primi parentis peccato habens ortum, ante iuſtificationem & reparationem per Chriſtũ damnat quidem hominem, poſt vero fidem Chriſti adeptam, & ſanctum Baptiſma ſuſceptum, niſi ei voluntate aſſentiatur, neque peccatum, neque damnationem affert: Siquidem nihil eſt damnationis, iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, & quibus non dominatur peccatum.

Cogitatio & natura hominis differunt.

Geneſ 6.

Quomodo intelligitur propoſitio.

Rõ.7.& 8.

EXPLICATIO XII.

Rupti ſunt omnes fontes abyſsi magnæ, &c. Geneſ.7. B.

S V M M AE.

I. *Diluuia quatuor fuerunt.*

II. *Diluuium Noe quomodo fuerit.*

III. *Diluuium Noe, an fuerit naturaliter.*

IIII. Ge-

IIII. Cataracta Cœli quid ſint.

V. Fontes abyſſi, quomodo rupti ſunt.

VI. Diluuium fuit à cauſa naturali, & à prouidentia Dei.

VII. In diluuio quid conſiderandum.

FVISSE olim magnum, famoſumque illud diluuiũ, quod totum orbem occupauit ſub Noe, tam ſacræ, quàm prophanæ literæ teſtantur. De eo enim ſcribit Moyſes Gen. cap. 7. Et Beroſus lib. 1. de temp. Xenophon in libro de æquiuocis meminit huius & aliorum quatuor: † Quorum primum fuit Niliacum, ſub Prometheo Aegyptio Hercule, vt Diodorus in primo loco indicat. Aliud fuit Atticum, quod ab Ethenis in Aſiæ littora inundauit ſub Ogige Attico; vt Samothraces tradunt. & Diodorus 6. lib. ſcribit. Aliud fuit Theſſalicum ſolum circa Parnaſum vna hyeme ſub Deucalione. Cuius etiam meminit Ariſtoteles, 1. Metheorum. fuit & aliud Pharonicum, vbi nunc Alexandria Aegypti eſt, ſub vate Proteo, vt Lucanus vlt. lib. inſinuat. Sed hæc non totius orbis ſpacium, ſed quarundam particularium prouinciarum occuparunt.

[Margin: Geneſ. 7. Beroſus li. 1. de temporibus. I. Xenophõ in lib. de æquiuocis. Diodorus. Exponitur propoſitio. Ariſt 1. Metheorum. Lucan. lib. vlt.]

† Primo autem ſub Noe, quem Ogigem Phænicem appellarunt, toto orbe inundante, omnes homines, præter paucos in Archa ſeruatos, deleti ſunt. Quomodo autem inundauerint aquæ, quibuſque modis magna illa euenerit alluuio,

[Margin: Primo. II.]

luuio, his verbis à Moyſe deſcribitur: *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* His adhærens Beroſus lib. 1. de temporibus, ait: Ex improuiſo exundauit Oceanus, & omnia maria mediterranea, fluminaque, ac fontes ab imo ebullientes inundauerunt ſupra omnes mõtes, accedentibus quoque impetuoſiſſimè, & ſuprà naturam è cœlo copioſiſſimis hymbribus, multiſque diebus corruentibus. Hinc patet diluuium, tam ex decidentibus à cœlo, quàm à mari & terra erumpentibus aquis profluxiſſe. Sed

Expoſitio illius propoſitionis. Beroſus li. 1. de temporibus.

III. illud quæritur, † An naturaliter ex aſtrorum coniunctione fieri potuerit? Et quidem nonnulli affirmant, eam poſſe fieri planetarum frigidorum & humidorum vno tempore coniunctionem, vt nihil impediat, quo minus fieri poſſit: Nam Empedocles, Seneca libro de naturalibus quæſtionibus referente, ſcripſit: Arſuram eſſe terram, cùm vniuerſa ſydera conuenirent in ſigno Cancri. Et vniuerſalem inundationem futuram cum eadem turba Syderum conuerſa in Capricorno peruenerit. Igitur cœlorum influentia diluuium vniuerſale gigni poteſt. Huic ſententiæ adſtipulatur Beroſus, dicens: Quod Noe timens, quam ex aſtris futuram proſpectabat cladem, anno LXXVIII. ante inundationem nauim inſtar arcæ, coopertã, fabricare cœpit. Hic enim ait; Propterea fabricaſſe arcã, quia ex aſtris futurã proſpiciebat inun-

Quæſitum. Aliqui ſoluunt.

Seneca lib. de natura. lib. quæſt.

Beroſus.

inundationem. Guilhermus Pariſienſis Epiſcopus lib. de vniuerſo, tractans verba Moyſis: *Et cataracta cœli apertæ ſunt.* dixit, † Propheta Hebræorum Moyſes cataractas cœli, vocauit partes illas cœli, quæ ſunt generatiuæ pluuiarum, & inundationem aquarum, qualia ſunt ſigna aquatica, vt Cancer & Piſces, Pleiades, Hyades, & Oriō de ſtellis; & Mars, & Venus, & Luna de Planetis. Cataractæ ergo cœli tunc apertæ intelliguntur, cùm cauſę huiuſmodi ad operationes pluuiarum & inundationum, nutu creatoris laxatæ ſunt & confirmatę. Idem prorſus habet Petrus de Aliaco in quæſtion. ſuper Gen. Et Henricus Mechnius, qui dixit; *Se reperiſſe* ſupputatione aſtronomica, generalem aſtrorū concurſum, alluuionem aquarum inducentem; nimirum Iouis & Saturni in fine Cancri, & è regione Argolicæ nauis, diluuium vniuerſale percepiſſe. Moyſes verò (cui omni ex parte credendum eſt) nihil meminit aſtrorum coniunctionis, neque quod Noe propter ea pręuiderit aquas diluuij futuras, ſed totum refert ad reuelationem Dei. Vnde ait: Noe verò inuenit gratiam coram Deo: Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit in generationibus ſuis. Et infrà dixit ad Noe, finis vniuerſæ carnis venit coram me; Repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra. Fac tibi arcā de lignis leuigatis, &c. Et ca. 7. ait Deus: † *Adhuc enim & poſt dies ſeptem ego pluuam ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus;*

Guilherm. Epiſcopus Pariſienſis libro de vniuerſo. IIII.

Petrus de Aliaco in quæſt. ſuper Geneſ. Henricus Mechnius.

V.

& delebo omnem ſubſtantiam, quam feci ſuper faciem terræ. Et poſt pauca: *Anno ſexcenteſimo vitæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimo decimo die menſis rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* Hinc manifeſtè videri poteſt inundationem aquarum diluuij, non ad ſyderum conſtituta, ſiue coniunctiones, ſed ad voluntatem Dei eſſe referendam: Qui fœda hominum & enormia peccata voluit aquis diluuij vindicare. Innuit autem hoc verbum illud: Rupti ſunt omnes fontes abyſsi magnæ. Vtitur enim nomine ruptionis, quo intelligatur, non à cauſa naturali, ſed ſupernaturali profectum. Quod etiam Beroſus affirmare videtur, cùm ait: Ex improuiſo exundauit Oceanus, & omnia maria mediterranea, flumina quoque, ac fontes ab imo ebullientes inundauerunt. Nam licet demus particulare diluuium in aliqua terræ regione, naturalem poſſe habere cauſam, generale tamen, & in tanto aquarum exceſſu, quod ſupra cacumina montium aſcendant aquæ, naturaliter fieri nequit. Philoſophus enim Ariſtoteles 2. Metheorum lib. aſſerit. Quod partem terræ, quæ prius erat arida occupante mari; Alia pars in alia regione, vbi erat mare, diſcooperitur, fitque arida; Nam ſimul totam terram cooperiri aquis natura non patitur. Accedit ad hoc, quod elementa mutuò generantur, & corrumpuntur; Aquæ igitur illæ ex alijs elementis genitæ ſunt,

Beroſus.

Oceanus inundauit.

Ariſt. lib. 2. Metheor.

Elementa mutuò generantur.

ſunt, cætera ergo perijſſent elementa: Itaque cum tantum, vt diximus, excreuerint aquæ, fateri oportebit, elementa alia fuiſſe conſumpta. Præterea, ſi naturali virtute aquis diluuij totus orbis inundari poteſt, ſequitur, humanam ſpeciem, cæteraque animantia, quæ terram incolunt, poſſe ſimul naturaliter perire, & re ipſa experti eſſemus, ſi Noe cum familia ſua per archam ex Dei voluntate non euaſiſſet. Abhorret autem natura interitum vnius ſpeciei, vtpote mundi & ordine, & pulchritudine deficiente: Quid, quæſo, facturam cenſes, ſi tot genera, & ſpecies rerum videret perire? Igitur generale diluuium contra naturam eſt. Rurſus poſsibile erat, omnes homines diluuij tempore eſſe iuſtos, nullumque mortis genus mereri, & tamen aquis diluuij mortui eſſent. Cõſtituiſſet itaque Deus planetarum coniunctiones ad delendum genus humanum abſque merito, vel cauſa, quod iniuſtũ & iniquum videri poteſt. † Annius Viterbienſis Beroſi commentator, à quo neque Petrus de Aliaco, neque Guilhermus Pariſienſis, & Henricus diſcedunt, aſſerit, nihil impedire ſi affirmetur, inundationes aquarum, & à cauſis naturalibus, & à diuina prouidentia ſimul procedere. Deus enim ab æterno potuit ordinaſſe iſtiuſmodi ſyderum coniunctiones, eo tempore fieri, quo mererentur homines puniri, ſiue deleri; Sed hoc, quod opinionis videtur temperamentum quoddam voluntariè dicitur, neq; fundamen-

Natura abhorret interitũ vnius ſpeciei.

VI. Annius Viterbienſis.

tum habet in Scriptura, eaque facilitate reijci poteſt, qua aſſeritur.

Cauſæ diluuij ponuntur. Quocirca, cum ſancta Scriptura apertiſsimè conſtanterque aſſerat; inundationem aquarum diluuij proceſſiſſe, & ab aquis Oceani, & eruptione fontium, & quia cataractæ cœli, id eſt, loci aërei, vbi generantur nubes & pluuiæ, apertæ ſunt, hoc eſt, inſolitæ & maiores pluuiæ inundarunt, credendum certiſſimè eſt, non à naturali ſyderum cauſa, ſed à voluntate Dei, peccatis hominum merētibus, proceſſiſſe. Nec ibo tamen inficias, potuiſſe præcedere aquarũ inundationem quandam planetarum frigidorum, & humidorum coniunctionem, vt veluti diſponeretur aër, ſimulque ebullirent maria ad diluuium producendum; Verùm illa nũquam fuiſſet ſufficiens cauſa, tantamque vim habuiſſet, vt naturaliter terram occuparet, niſi Dei voluntate auctis aquis creſceret alluuio: Nam

Matth.25. & de concrematione mundi in fine ſeculorum creditur, vehementem ſiccitatem naturaliter generandam præceſſuram ignem conſumentem, vt quaſi illius ignis ſit diſpoſitio, non quidem neceſſaria, ſed congrua, vt etiam creaturis vtatur Deus ad puniendum ſcelera hominum.

VII. Hæc verò, ſiue à naturali tantum cauſa, † vel à voluntate Dei, ſiue ab vtroque proceſſerint, non adeò penſanda ſunt; ſed quid factũ ſit conſiderandum, quàm ſcilicet, dura, horribiliſque pœna ſit peccatoribus relicta. Diluuione enim

aqua-

aquarum fœcunditas terrę longè infirmata eſt, vita hominis facta breuior, periere exceptis piſcibus, animalia cuncta, mortui ſunt paruuli in vtero, & pendentes ab vberibus matrum propter ſcelus paternum. Hæc, inquam, conſideranda proponuntur, vt laſciui, carnales, ſacrilegi, inceſtuoſi, & fœdati libidinibus Deum timeant, peccata exhorreant, quodque legunt factum in alios, in ſeipſos quoque fieri vereantur, & contremiſcant.

Ex diluuio quot dura prodiere. Filij parentum peccato mortui ſunt. Diſcere aliorum exemplo optimum eſt.

EXPLICATIO XIII.

Et omne, quod mouetur & viuit, erit vobis, &c. Geneſ. 9. A.

SVMMÆ.

I. *Animal omne cōceditur in cibū hominis.*
II. *Abſtinentiā à cibis rectè præcipit Eccleſia.*
III. *Sanguis cur prohibetur in cibum.*
IIII. *Homicidium intelligitur in prohibitione eſus ſanguinis.*

SCRIBIT Moyſes Geneſ. 5. *Omne, quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum.* Quo loco abutuntur hæretici, reprehendentes Romanam Eccleſiam, quod vetuerit in aliquibus diebus anni (vt quadrageſimæ, quatuor temporum vigiliarum, &c.) carnes & oua comedere, quia dicitur hîc: *Et omne, quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum.* Sed errant ſanè vehementer, propterea, quod non videant differentiam inter præceptum &

Genes. 9. Hereticorum abuſus. Exponitur propoſitio.

Præceptū, & conceſſio nō idē. concesſionem. Quæ enim præcipiuntur, fieri oportet. Quæ verò conceduntur, arbitrio ſunt exequentis. Deus enim non præcepit, omni cibo, & citra delectum, omnibuſque animalibus veſci, ſed permiſit. Terræ enim naſcentia poſt diluuium deteriora facta ſunt, vireſque naturæ humanę fragiliores quotidie reddebantur. Vnde, ſicut primo homini, terræ naſcentibus, ita

Terræ naſcentia deteriorata.

I. poſt diluuium, † piſcibus & carnib⁹ veſci permittebatur. Ne tamen hæc vel putarētur præcepta, vel tempore aliquo non mutanda, aut ad meliorem vſum non reducenda; excipiens, ait: *Excepto quod carnem cum ſanguine nō comedetis:* Multa tamen animalia contra huiuſmodī permiſſionem vetuit Moyſes; nec tamen in Deum peccauit. † Si ergo potuit ſine offenſione, Moyſes prohibere quorūdam animaliū eſum; Quare ſancta Eccleſia Spiritu ſancto illuſtrata; iuſtis de cauſis non poterit à certis cibis abſtinentiam præcipere? Non pręcipit autem ciborum abſtinentiam, vel quod cenſeat, eos natura malos, vel à Deo prohibitos: non enim hoc modo careret errore: ſed eò ſpectauit, quod ab eis abſtinendo, debilior fiat hominis caro ad inſultandum ſpiritui, promptiorque reddatur ſpiritus ad Deum colendum. Ad carnis macerationem hortabatur ſui exemplo Apoſtolus 1. Corinth. 9. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Et ibidem: Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Iacobus etiam capite quarto: Neſcitis, quia amicitia

Primus homo quibus veſcebatur

II. Deuter. 14. Leuit 3. Leuit. 13.

Abſtinentia homo fit promptior ad ſeruiendum Deo.

2. Cor. 9. Iacob. 4.

citia huius mundi, inimica eſt Deo? Qui ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur. † Non eſſe verò carnem edendam cum ſanguine, variè, inquit Lyranus, ab Hebræis exponitur. Primò, ne membrum ab animali viuo exciſſum, comedatur; illud crudele & inhumanum exiſtimans. Deinde, vt intelligatur prohibitum ſtrangulatum, ſubmerſum, & per ſe mortuum: quod huiuſmodi moriantur abſq; ſanguinis effuſione. Tertiò, quod prohibitus ſit eſus ſanguinis à carne ſeparatus. Quartò, quod ſi quippiam venatione, vel aucupio caperetur, prius effundendus eſſet ſanguis, quàm comederetur. Arbitror autem myſticá huius prohibitionis eſſe ſententiam, quo abhorrentes ſanguinem, cauerent omnino ab homicidio. Nam quo id magis amplificaret, homicidium quoque à beſtijs factum, ſe vlturum minatur. Qua de re ſequitur: *Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu omnium beſtiarum, & de manu hominis.* † Vnde fortè non ineptè quidam aſſerunt, non eſſe permiſſionis exceptionem, ſed præceptum, homicidium non faciendum. Dixerat enim: *Omne, quod mouetur & viuit ſuper terram, erit vobis in cibum*; Reſpondet, excepta carne cum ſanguine: Carnem autem cum ſanguine appellat hominem; quoniam illius anima quodam modo in ſanguine eſt. Vnde ſequitur: *Si igitur homo ſanguinem effuderit humanum; requiret Dominus, ſanguiſque fundetur illius.*

III. Expoſitio Hebræorũ. Lyranus.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Opinio authoris.

Geneſ. 9.

IIII. Opinio quorundã.

Obiectio.

Reſponſio.

Beſtia pec-care non poteſt. Si verò beſtia interfecerit hominem, propter criminis errorem, quâuis peccare illa nequeat, morietur, quoniam interfecerit hominem ad imaginem Dei creatum. De hominibus namque ante diluuium ita refert Beroſus lib. 1. de temporibus: Manducabant homines, & procurabant aborſus, in eduliumque præparabant. Ne igitur eorum mores imitarentur, vetuit, hominem interfici; carnemque cum ſanguine non manducare. Ac proinde perperam hæretici, ad ſui erroris confirmationem, Moyſen producunt.

Beroſus li. 1. de tēpor.

EXPLICATIO XIIII.

Cœpitque Noe vir agricula exercere, &c. Geneſ. 9. D.

SVMMAE.

I. *Ebrietas eſt peccatum mortalē.*

II. *Noe & Loth excuſantur ab ebrietatē.*

III. *Ebrietas Noe interpretatur Sapientia.*

IIII. *Noe ebrietas figura eſt Charitatis Chriſti.*

V. *Ebrietatis mala.*

Geneſ. 9. Geneſ. 19. Hæreticorū abuſus. Noe & Loth inebriati. 1. Corin. 6. Exponitur propoſitio.

SCRIBITVR Gen. 9. *Cœpitq; Noe vir agricula exercere terram, & plantauit vineam: bibenſq; vinum, inebriatus eſt.* Et Gen. 19. legitur: *Loth inebriatum à filiab.* Quibus duobus exemplis protegunt ſe hæretici quidam, docentes, Ebrietatem nō eſſe peccatum. Nam ſancti viri (aiunt) de quorū ſalute non ambigitur, nunquam ebrietatem incurriſſent,

ſent, ſi per ebrietatem Deus offenderetur. † At I.
non vident, de iſtis ebrioſis, quid dixerit Apoſtolus, 1. Cor. 6. Ebrioſi regnum Dei non poſſidebunt: Nemo autem regno Dei, niſi propter lethale crimen priuatur: Ebrioſitas ergo peccatum eſt. Viri autem ſancti Noe & Loth, quanquam in ebrietatem lapſi, non eam ex induſtria quæſierunt, ſed ignorantia in eam lapſi ſunt.
† Neſciuit enim Noe, vino poſſe inebriari, cum II.
ante diluuium non legantur homines vino vſi: Vitis quidem tanquam ſilueſtris errabat; plantatur, colitur à Noe; vinum producit; & neſciētem opprimit ebrietate. Conſolatus eſt autem Noe genus humanum (vt ait Scriptura) non quia vel vinum repererit, vel ad ebrietatē cæteros ſuo exemplo inuitarit; ſed quia boues primus iunxit aratro, & vomere primus terrā ſcindere docuit, cum antea manuum labore exerceretur agricultura, & ipſe primus ſudores hominum in iumenta reiecit. Similiter & Loth, nolens & imprudens inebriatur à filiab9, & ideo (quanquam criminis pœnitentes indulgentiam obtinuerunt) aliqua ex parte ſunt excuſandi. Vnde id potius conſiderandum eſſet, quòd alter propter ebrietatem labitur in inceſtum cum filiab9: Alter verò ſubijcit Chanaam cum filijs ſuis ſeruituti fratrū ſuorum. Non deſunt autem, vt Frāciſcus Georgij Tomo 1. problem. 101, † Quid dicant ebrietatem Noe non fuiſſe ex vino, ſed ex nimia terrenarum rerum ſapientia, quæ plerunq; per vinum deſignatur. III.

Geneſ. 9.

Noe conſolatus eſt genus humanum.

Noe primus iunxit boues aratro.

Loth in inceſtum labitur.

Franciſcus Georgij Tomo 1. problem. 101.

Vnde

Vnde fit, vt qui nimium eam proſequuntur, voluntq́ue ſapientes haberi; inſaniant: namque Achitophel ſuis conſilijs ad ſuſpendium adijcitur. Hac ergo ſapientia inebriatus Noe, oſtēdebat pudenda, id eſt, fortè quædam, quorum
IIII. ſapientes puderet, faciebat. † Alij autem ad figuram Chriſti referētes, dicūt: Tunc inebriatum Chriſtum, cum charitate feruidus, patitur, nudatur, crucifigitur. Hoc fit in tabernaculo, id eſt, in Iudæa, in qua tanquam domeſticus naſcitur Chriſtus; deridetur à Cham: quia Iudæi deridentes, in necem illius conſenſerunt.
Sem & Iaphet duo populi. Sem autem & Iaphet duo ſunt populi, ex præputio & circumciſione credentes: qui tāquam vnus deferunt pallium, Chriſti nuditatem cooperientes; id eſt, Chriſti paſsionem, ſacramentis & venerabilibus myſterijs tegunt, honorant, & à Iudæorum Chananeorum deriſione defendunt. Porro vertunt dorſa; quoniam iam Chriſti paſſio tranſacta èſt; futura non ex-
V. pectatur: † Vina quidem vicerunt Loth, quē
Vina multos vicerūt. non potuit vincere Sodoma; quo oſtenditur, varia fieri adulteria,, pollutiones, turpitudines & peccata per ebrietatem: Et idcirco fugien-
Epheſ. 5. dam; vt docet Apoſtolus ad Epheſ. 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Non dicit Apoſtolus: Non vtamini vino; ſed: Nolite ine-
Vinum res bona, abuſus malus. briari vino. Res enim bona vinum eſt, abuſus verò malus. Vnde monet Dominus Lucæ 21. dicens: Attendite vobis, ne corda veſtra gra-
Luc. 21. uentur crapula & ebrietate. & Paulus ad Rom.
deci-

decimotertio, inquit: Non in commeſſationibus & ebrietatibus. Iſaias autem quinto capite clamat: Vę qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam: vt vino æſtuetis; Cythara, & Lyra, & tympanum, & vinũ in conuiuijs veſtris, & opus Domini non reſpicitis. Et ſubinferens, ebrietatis pœnam, ſequitur infrà: Propterea captiuus ductus eſt populus meus; nobiles eius interierũt fame; & multitudo eius ſiti exaruit. Et Ezechielis decimoſexto ſcribitur: Hæc fuit iniquitas Sodomæ, abundantia, ſaturitas, ocium, &c. Et Ozeas quarto cap. Fornicatio; & vinum, & ebrietas auferunt cor. Per gulam enim & ebrietatem deſeritur, negatur, maledicitur Deus. Propter gulã ieiunia Eccleſiæ nõ ſeruantur, feſta non coluntur, parentes & ſuperiores deſpiciuntur. Quæ peccata non facit ebrietas? homicidia, vulnera, violentias, mendacia, falſa teſtimonia, detractiones? Nulla latior, nulla ſecurior porta, qua ingrediatur Venus, quàm vinum & gula. Venter enim mero æſtuans, facilè (ait Hieronymus) deſpumat libidinem. Qua de re, ſi quis defectus in veteribus Patribus inuenitur, vel compaſſione dignum, vel myſticum habere intellectum, vel à nobis eſſe fugiendum, exiſtimemus.

Rom. 13. Iſa. 5. Ezech. 16. Ozeas 4. Vinum Veneris porta. B. Hieron.

EXPLIC

EXPLICATIO. XV.

Vixit autem Noe poſt diluuium, &c. Geneſ. 9. D.

S V M M AE.

I. *Anni vita antiquorum.*
II. *Anni, quot menſibus conſtabant.*
III. *Anni antiquorum ſimiles noſtris.*
IIII. *Vita antiquorum, quare tam longa.*
V. *Vita hominis poſt Chriſti aduentum, quare breuior facta.*
VI *Vita hominis erit perfecta in alio ſæculo.*

I. Gen. 9. Exponitur propoſitio — VITAM antiquorum Patrum, in libro Geneſeos deſcribens Moyſes, dixit: *Adam vixiſſe nongentis & triginta annis; & Malaled octingentis nonaginta quinque; & Iareth nongentis ſexaginta duobus, & Mathuſalem nongentis ſexaginta nouem*, vt patet Gen. 5. (Geneſ. 5.) Quæ cum ad Græcos & Latinos eo præſertim tempore, quo pauci, vel nulli centenarij homines reperirentur, deueniſſent; Vel falſa eorum ſupputatio annorum, vel ad paucitatem menſium, quo compleretur annus, referendam eſſe, exiſtimatum eſt. (Supputatio anni diuerſa.) Nam & Plinius libro 2. cap. 48. (Plin. lib. 2. cap. 48.) homo in primis doctus, & diligens, cùm audiſſet homines ad tot perueniſſe annos; hæc omnia inſcitia temporum proueniſſe eſt arbitratus; inquiens, quoſdam tranſiſſe annum æſtate, & alium hyeme: Arcades trium menſium annos habuiſſe, Lauinios tredecim:

Archa-

Archananas ſex: Vnde facilè tot poterant eſſe anni, ſi vnus pro menſe vel paucioribus, quam duodecim, compoſitus, acciperetur. † Nam 11.
fortè hæc excogitata ſunt, quo ſacræ ſcripturæ non diminueretur auctoritas, ſed potius cauſa cóprobandi, vt quę vel difficillima, vel impoſſibilia viderentur, hac vel menſium, vel annorum numeratione poſſibilia probarentur.
Verùm Scriptura, cum à ſumma veritate condita ſit, auxilio non indiget humano. Statuendum itaque eſt, non alios, ſed earundem horarum dies, & menſium annos, cùm annorũ ſupputationem facit Scriptura, fuiſſe, quales hoc noſtro tempore videmus. *Veritas ſacræ ſcripturæ.*
Qui autem voluerit varietatem anni, quomodoque apud diuerſos populos variatus ſit; & poſtremò à Iulio Cæſare ad trecentos ſexaginta ſex dies redactus, nouiſſe, conſulat Macrobium, Cenſorium, & Suetoniũ in vita Iulij Cæſaris, quos breuitatis cauſa omittimus. *Anni reductio à Iulio Cæſare. Macrobi'. Suetonius.*
Ioſephus verò lib. 1. antiquitatum, cap. 8. teſtes pro hac re adducit Græcos & Barbaros, qui rerum antiquitates cóſcripſere. Nam & Manethen, qui deſcriptionem fecit Agyptiorum, Et Beroſus, qui Chaldaica deflorauit, & Mochus, & Eſtius; & Hieronymus Aegyptius, qui Phæniciam diſpoſuerunt, Iſidorus quoq;, & Hecathæus, Ephorus, & Nicolaus in hiſtorijs ſuis memoriam faciunt antiquorum, annis mille viuẽtium. Non ergo vana vel fabuloſa eſt hiſtoria, cum ad tot annos perueniſſe homines, legitur. B. quoq; Aug. lib. 15. *Ioſeph. li. 1. Manethen. Beroſus. Iſidorus & alij quamplures.*

de Ci-

Auguſt.lib. 15. de ciuit. Dei, ca. 12. de Ciuitate Dei, cap. 12. inſurgit contra eos, qui vel menſem pro anno, vel annum non pro duodecim menſibus confectum ſupputant.
Geneſ. 5. Adam enim centum & triginta annorum deſcribitur, quando tertium genuit filium, qui anni ſecundum eos tredecim eſſent ex noſtris:
Ibidem. Seth quoque centum & quinque annos habebat, cùm genuit Enos, ac propterea nondum
Ibidem. habebat annos vndecim: Sed Enos nonaginta
Ibidem. habens annos, genuit Caynam; Cayna verò ſeptuageſimo anno genuit Malaleel., qui ſeptem ex noſtris faciunt annos. Ridiculum ſanè eſt, hominem aſſerere ſeptem annorum generare poſſe. Falſa itaque eorum eſt opinio, qui volunt, annum pro menſe computare. At idem
III. Auguſtinus ſuper Geneſim ſcribens, † probat
Auguſt. ſuper Geneſ. diuinorum eloquiorum teſtimonio, eoſdem tunc fuiſſe dies, menſes & annos, quales nunc
Geneſ. 7. habemus: *Sexcenteſimo anno vitæ Noe; menſe ſecundo, die decimaſeptima menſis, rupti ſunt omnes*
Geneſ. 8. *fontes abyſſi magnæ.* Et Geneſ. cap. 9. ſubditur: *Requieuit arca menſe ſeptimo, vigeſima ſeptima die menſis, ſuper montes Armeniæ. At verò, aquæ ibant, & decreſcebant vſque ad decimum menſem.*
Ibidem. Et pòſt ſequitur: *Sexcenteſimo primo anno vitæ Noe, primo menſe, prima die menſis, imminutæ ſunt aquæ ſuper terram.* Nihil certè clarius potuit adduci, vt verè probaretur, annum illius temporis, tot menſes, quod habet noſter, habuiſſe. Tales igitur erant tunc anni, quales &
IIII. nunc perhibentur. † Cauſæ verò, cur tot annis viue-

viuerent; à pluribus plures referuntur. Quidam bonæ corporis complexioni primorum parentum, & longo tempore in poſteris ſuccedenti tribuunt; neque aliàs exiſtimare licet, primos parentes à Deo, quàm optima corporis complexione fuiſſe creatos. Alij ad cibos, qui tunc maioris bonitatis & nutrimenti erãt, quàm poſt diluuium: vbi ſalſis Oceani aquis, terræ inducta eſt ſterilitas; Referunt præter id etiam, quod tunc parcè temperateque viuebant. Sunt & alij, qui putent ex ſcientia Adæ, cui herbarum, fructuum & lapidum virtutes notæ erant, quæ ad ſeruandam ſanitatem, vitamque producendam conferunt ſatis, proueniſſe. Verior tamen perſpicaciorque mihi videtur eſſe ratio, quo ita diſpoſuerit, ordinaueritque Deus, vt genus humanum multiplicaretur, quod breui temporis ſpacio fieri nequiuiſſet; & vt creationis mundi, diuinarumque rerum cognitio à Patribus, & longo quidem tempore transfunderetur ad poſteros. Refert enim Magiſter hiſtoriarum ſuper Geneſim cap. 10. & Auguſtinus libro quæſtionum ſuper Geneſim. Quod à Noe adhuc eo viuente, nati ſunt viginti quatuor millia virorum, & centum & decem, præter mulieres & paruulos. Et ex vno Abraham non multo amplius quadringẽtis annis, tanta poſteritas procreatur, vt in exitu ex Aegypto ſexcenta millia hominum fuiſſe referentur bellicæ iuuentutis. Addit Ioſephus, quod propterea ampliora illis viuendi ſpa-

Opiniones diuerſæ.

Cibi ante diluuium erant maioris bonitatis.

Auctoris opinio.

Magiſter hiſtoriarum ſuper Gen. cap. 10.

Auguſt. li. Quæſt.

Noe poſteritas. Geneſ. 10.

Abrahę poſteritas. Exod. 12.

ſpacia Deus condonauit; quòd virtutes, glorioſaſque vtilitates iugiter perſcrutarentur, id eſt, Aſtrologiam & Geometriam, quas minimè ediſcere potuiſſent, niſi ſexcentis vixiſſent annis: per tot enim annorum curricula magnus, inquit, annus completur. Sed eam arbitror potiorem fuiſſe rationem; Quò, vt diximus, fides de creatione mundi, deque ſacrificiorum, prouidentiæ, myſteriorumque Dei firma, indubitabilisq; ſcientia haberetur: ſine qua nec Abel ſacrificia obtuliſſet; nec Enos cum Deo ambulaſſet; nec Noe confidentia ductus, fabricaſſet arcam; nec Abraham, relictis Chaldęorum Idolis, Deo ſoli ſeruiuiſſet; nec Iacob vnius ſolius Dei, etiam inter Aegyptios, cum filijs ſuis cultum retinuiſſet. Igitur viuentibus tritauis, attauis, abauiſque, & eandem veri Dei religionem colentibus, non difficilis erat illius, & cultus, & fides. Hinc firma rerum præteritarum cognitione, omniq; prorſus ſecluſa dubitatione, cępit tanquam non amplius neceſſarium humanum genus decreſcere, & minorem ętatem viuere. Hanc fermè ratione͂, licet non ſatis ab eo intellectam, confirmat Ioſephus eodem libro, cap. decimo quarto, ſepulturam Tharæ, qui vixit annis ducentis & quinque, referens his verbis: Iam enim paulatim ſubtrahebatur de vitæ ſpacijs vſque ad Moyſis ætatem: poſt quem centum & viginti annorũ terminus Deo finitore eſt ſtatut⁹. Errat: ſcilicet, quia peccata illius ſeculi non breuitate vitę (Nam illud fuiſſet

Fides & cultus Dei.

Gen 4.
Gen. 5.
Gen 6.
Gen. 12.
Gen. 46.

Ioſeph. lib. 1. cap. 14.
Gen. 11.

ſet punire inſontes poſteros)ſed diluuio aquarum caſtigata ſunt. Et quia poſt diluuium fuerunt homines, qui multo plures annos vixerunt: Vnde rectè illius opinio, & Lactantij librò ſecundo, diuinar. Inſtitut. decimo quarto reprehenditur; & à Diodoro, Chryſoſtomo, Hieronymoq; refellitur. Chryſoſtomus enim hom. 20. ſuper Geneſim, & Hieronymus libro quæſtionũ Hebraicarum contrarium ſenſere. Petet hîc aliquis, † cur poſt Chriſti aduentum eiuſque ad cœlum aſcenſionem, breuiorem, quàm vnquam antea, homines vitam viuant? Nam, ſi propter peccatum mors eſt ſubſecuta, & in orbem inducta, cur poſt ſatisfactionem illius, & Chriſti paſſionem, eo totaliter delectó, non ſublata eſt mors; aut ſaltem in longiora tempora vita non producitur humana? Huic reſpondendum eſt, hominem peccando duo principaliora damna incurriſſe; priuationem videlicet diuinæ viſionis, & manſionem, ſiue carcerem in Limbo. Alia verò, quaſi ex conſequenti addita ſunt; vt famem, ſitim, laborem, mortemque experiatur. Ab ijs & omnibus malis liberauit hominem, ſanguine ſuo Chriſtus, ſed quædam diſtulit, vt copioſius ea ferendo in terris, præmio dignus eſſet in cœlis. Paſsiones, inquam, quas patitur homo, docent peccatũ primi hominis, quàm graue fuerit; oſtendunt calamitatem & miſeriam, à qua per Chriſtum liberamur, efficiuntq;, vt terrenis abiectis cupiditatibus, cœleſtem patriam

Terminus vitæ.

Chryſoſt. hom. 20. ſuper Gen.

Hiero. lib. queſt. heb.

V.

Apoc. 5.

Paſſiones quas homo patitur docent grauitatẽ peccati primi hominis.

requiramus. Si enim, cum tam malus defecti-
buſque plenus mundus, diligitur & amatur:
Similitudo. quid eſſet, ſi dulcis & bonus guſtaretur? Non
retrahimus manum à ſpina; quomodo retrahe-
remus à florib9? Sequimur decipientem, frau-
dantem: Quid? non ſequeremur demulcentem
blandientemque? In hunc ergo finem primi il-
lius peccati punitiones relinquuntur; vt habi-
tis odio cupiditatibus, & nobis infeſtas, & ini-
micas æſtimantes, bona illa cœleſtia, quæ vera
ſunt bona, perpetuoq; duratura, ſequamur, am
Deſtructio omnium calamitatũ quãdo fiet. plectamurque. Plena tamen, & omni ex parte
fiet omnium pœnarum, & calamitatum abla-
tio, & deſtructio, quando in nouiſſimo die cũ
Chriſto reſurgemus, & deſtructa erit omnino
mors; & non erit amplius neque luctus, neque
clamor. Huius verò teſtes inducit Scriptura,
Apoc. 21. cum tres pueros in ardentem fornacem miſſos,
Dan. 3. nec tamen quoquo modo flamma læſos, com-
Ionæ 2. memorat. Daniel. 3. Et de Iona, inquit, Tum in
Matth. 12. ventre ceti tribus dieb. & noctibus cũ habitaſ-
ſet, tandem poſt triduum illęſum abijſſe, vt ha-
rum rerum cauſas perſcrutantes, intelligamus,
quid nam poſtea nobis in cœlum regnantibus
ſit futurum. Non eſt autem, quod breuitate vi-
VI. tæ doleamus. † Non eſt, cur diuturniorem
Cœlum tã pueris, quã ſenibus apertum. quæramus. Tam enim ſenibus, quàm pueris
apertum eſt Cœlum: omnis ætas omniſque ſe-
xus, & ſapiens, & indoctus illuc introducitur:
cupiant viuere, qui nolunt morientes cum
Chriſto regnare: appetant longos dies in ter-
ra,

ra, qui ne breuiores quidem quærunt viuere in cœlis. Nos cum Apoſtolo dicamus: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, & longam abſentiam deplorantes, dicamus. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. & ad patriam noſtram, vnde profecti ſumus, feſtinanter reuertentes, magna ſarcina magniſque ponderibus liberatos eſſe, cum morimur, exiſtimemus. Philip. 1. Pſal. 119.

EXPLICATIO VII.

Erat autem terra labij vnius & ſermonum, &c. Geneſ. 11. A.

SVMMAE.

I. *Linguarũ diuiſio fuit in ædificatione Turris Babel.*

II. *Linguarum diuiſio fuit propter ſuperbiã.*

III. *Lingua ante diuiſionem erat Hebræa tantum.*

IN lib. Geneſeos cap. 11. apertiſſimè oſtenditur, linguas in ędificatione turris Babylonis fuiſſe confuſas, labiumque vnum in diuerſa eſſe diſperſum. † Huic autem ſententæ videtur illa eſſe contraria, quæ eodem libro cap. 10. ſcribitur. Quòd à filijs Iaphet diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundum linguam ſuam, & familias in nationibus ſuis Hac contrarietate Philaſter in Catalogo hæreticorum, cap. 106. permotus non dubitauit aſſerere, Ante turris Baby- Geneſ. 11. 1. Geneſ. 10. Philaſter in catal hæreſ. cap. 106.

Babylonis ædificationem,multis temporibus, plures fuiſſe linguarum varietates. Quod verò Moyſes ait: *Terram fuiſſe labij vnius*; exiſtimat, propterea dictum, quia, & ſi plura linguarum eſſent genera,tamen ſe inuicem omnes intelligebant,vt vna eorum,& lingua,& ſermo videretur: Non quod eiſdem vterentur vocabulis, ſed eorum ſignificationem intelligerent. Hanc opinionem, vt hæreticam, & contra Scripturam ſentientem,reprobat Alphonſus à Caſtro, li.9.aduerſus hæreſes dictione, Lingua: Quandoquidem ſacra Scriptura apertè dixerit,vnicam ante conſtructionem turris Babylonis extitiſſe linguam. *Erat* (inquit) *terra labij vnius.* Nihil clarius dici potuit. Nam extra rationem eſt, vt propterea vnam linguam & Italũ & Hiſpanum habere dicatur, quia mutuo ſe intelligant. Non enim effici ab intelligentia linguarum quodam modo poteſt, vt variæ linguæ vna cenſeatur. Sed ait Moyſes: *Erat terra labij vnius*, non vocabulorum intelligentia apud omnes eadem. Deinde,ſi vnus erat hominum ſenſus,vnuſq; verborum intellectus,vocabula diuerſa ſuperfuiſſent variæ linguæ;cùm illæ ad exprimendos animi conceptus datæ ſint. Rurſus dicit Scriptura. Tunc primum, cùm turris Babel cœpit ædificari, labium vniuerſæ terræ fuiſſe confuſum: labium (inquit) non intelligentia. Ergo antè verborum nulla erat confuſio. Quamobrem Catholici tractatores, quotquot de ea re ſcripſerunt, palàm fatentur, pro-

Gen. 11.

Alphonſ. à Caſt.lib. 9. aduerſus hæreſes dictione Lingua.

Geneſ. 11.

Exponitur propoſitio

Geneſ. 11.

Geneſ. 10.

pte-

ſterea linguam vnam in diuerſa verba, ſiue
inguas, diuiſam, † quo ſuperbia Nembrod & II.
liorum, qui contra Deum intumuerant, puni-
etur: vt Auguſtinus libro de mirabilibus ſa- Auguſtin. lib. de mirab. ſacræ ſcripturæ.
ræ Scripturæ, cap. 9. ait: Et Eucherius Lug-
lunenſis Epiſcopus libro ſecundo cap. ſepti-
no, ſuper Geneſim, ita ſcriptum reliquit. Eo Eucherius Lugd. epi. lib. 2. ſuper Geneſim.
utem tempore, quando linguarum facta eſt
arietas, in ſola domo Heber, quæ antea fuit,
ngua remanſit, † Hic profectò ſentit, antea
nam ſolam fuiſſe linguam, videlicet, Hebrai- III.
am, quæ in domo Heber remanſerit. Ioſephus Ioſeph. lib. 1. antiquit. cap. 9.
tiam lib. 1. Antiquitatum, cap. 9. citatis verbis
ibillæ, hanc noſtram confirmat ſententiam.
t omnes homines vnius vocis, antequam
irris ædificaretur, extitiſſe probat. Chryſo- Chryſ. Homil. 30. in Geneſ.
omus quoque homilia trigeſima in Geneſim,
æc ipſa verba explicans, ait: *Ante extructio-
ionem turris Babel, vnam fuiſſe omnium natu-
lem linguam, vnamq́; omnium loquelam.* Quod
erò Philaſter affert ex cap. decimo Geneſeos Exponitur Philaſter.
delicet, ab ijs diuiſæ ſunt inſulæ gentium in
gionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundum linguã
familias ſuas. Intelligendum, dictum fuiſſe
er anticipationem: vt poſtea ſuo ordine res,
uomodo geſta fuerit, deſcriberetur. Hæc au-
m vna regula eſt, à Ticonio data pro ſacræ Figura. Ticonij regula.
ripturæ intelligentia. Vt multa per anticipa-
oné dicantur, quæ poſtea ordine diſponun-
r. Sic per anticipationem dictum eſt, linguas
iſſe diuiſas per generationes ſuas in 10. c.

& poſtea in 11. quomodo, quando, & ob quam cauſam diuiſæ fuerint, oſtéditur. Ticonij verò regulas collegit, laudauitque plurimum Auguſtinus libro de doctrina Chriſtiana. Hunc verò literæ ſenſum docet idem beatus Auguſtinus lib. 16. de Ciuit. Dei, cap. 4. ſic inquiens: *Cùm ergo in ſuis linguis iſtæ gentes fuiſſe referantur; redit tamen ad illud tempus narrator, quando vna lingua omnium fuit.* Et inde iam exponit: quid acciderit, vt linguarum diuerſitas naſceretur: *Et erat* (inquit) *omnis terra labium vnum, & vox vna omnibus.* Nulla ergo eſt contrarietas inter decimum & vndecimum caput Geneſeos, de linguarum diuiſione. Nam quæ decimo capite per anticipationem dicuntur; vndecimo poſtea loco & ordine ſuo referuntur.

Augu. lib 16. de ciuit. Dei, ca. 4.

EXPLICATIO XVII.

At verò Melchiſedech rex Salem, &c. Gen. 14. D.

SVMMAE.

I. *Melchiſedech non obtulit panem & vinum Abrahæ, ſed Deo.*

II. *Sacrificium Melchiſedech erat in pane & vino.*

III. *Sacrificium Melchiſedech figurabat ſacrificium Chriſti.*

IIII. *Melchiſedech fuit Rex Salem & purus homo*

homo, & non Angelus, aut Spiritus ſanctus.

V. *Primogeniti erāt ſacerdotes ante Aaron.*

SCRIBITVR Geneſ. 14. *At verò Melchiſedech rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei, &c.* Qui negare ſatagunt, Euchariſtiam eſſe ſacrificium, in ſacrificio Melchiſedech figuratū, colligunt ex hoc loco Melchiſedech non obtuliſſe Deo panem, & vinum: quoniam non ſcribitur: Offerens panem & vinum, ſed proferens panem & vinum; vt ad reficiendum Abraham, & populum, qui fatigati redibant à prælio; potius quàm ad ſacrificandū venerit. † Sed hęc eſſe falſa oſtenduntur ex eo, quod ſuprà dictum eſt: *Tulerūt aūt omnem ſubſtantiam Sodomorū, & Gomorrę, & vniuerſa, quæ ad cibum pertinent.* Quo fit manifeſtum, repetiſſe Abraham comeatum, & cibaria multa; vt refocillatione Melchiſedech non indigeret; verba etiam ſequentia, quod dicimus; oſtendunt. Quandoquidem dicit Abraham regi Sodomorum: *Non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt, exceptis ijs, quæ comederunt iuuenes.* Ergo non exiuit Melchiſedech, neq; panem & vinū obtulit ad Abraham refocillandum; cum ſatis ipſe haberet prædę, quo ſuſtentaretur. Deinde ſtatim poſt ſacrificiū ſubditur cauſa, cur venerit, curq; panē & vinū protulerit: *Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi.* Offerre enim ſacrificium, ad ſacerdotes; Reficere autem milites, ad princi-

Geneſ. 14.

Exponitur propoſitio.

I.

Geneſ. 14.

Sacrificiū offerre, & milites reficere, cuius ſit.

Melchiſedech panē & vinum Deo ſacrificauit gratias agens pro victoria Abrahę

2. Paral. 33. 11.

pes laicos pertinet. Igitur Melchiſedech panem & vinum Deo ſacrificauit, gratias agens pro Abrahæ victoria. Quomodo nunc Chriſtiani corpus & ſanguinem IESV Chriſti offerentes, gratias referunt pro victoria Eccleſiæ. † Præterea libenter percontabor, quod erat Melchiſedech ſacrificium, (nam cùm ſacerdos eſſet, illum ſacrificare oportebat) ſi panis & vini non erat? Cùm verò ſacrificium aliud à Melchiſedech oblatum, minimè reperiatur; fatendum omnino eſt, panem & vinum obtuliſſe. Quamquam ſi quis fateretur pane & vino, quæ protulit Melchiſedech, Abraham & populum refocillatos, adhuc tamen ſequitur obtuliſſe: nā & panes, quos offerebat ſacerdos in ſacrificijs

III. pacificis, edebat populus. † Melchiſedech ergo panem & vinum offerens, figuram ſacrificij, corporis & ſanguinis Domini noſtri IESV Chriſti protulit. Chriſtus autem in Melchiſedech figuratus neque panem, neq; vinum obtulit Deo, ſed corpus & ſanguinem ſuum, ſub panis tamen & vini ſpeciebus, quo veritas ſacrificij reſpondet figura. Poſtquā enim vltima cœna veterem legem terminauerat; nouum inſtituens Sacratum ſpeciebus panis & vini ſeipſum Deo Patri offerens primū, deinde manducandum porrigens Apoſtolis, inſtituit idem futuris temporibus in Eccleſia fieri, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.* Vt ergo figurę legis naturę à Melchiſedech & legis ſcriptæ à Moyſe, oblato manducatoq; agno, ſatiſfeciſſet,

Inſtitutio Euchariſtiæ ſub ſpeciebus panis & vini.

Matth. 26.

Geneſ. 14.

Exod. 12.

Matth. 16.

feciſſet;ſeipſum ſacrificauit, deditque diſcipulis. Quod hucuſque ſeruat Eccleſia in ſacrificio Miſſæ, authoritate & præcepto Chriſti, offerẽs & communicans. Vnde Hieronymus in verba illa Matth. 26. *Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum*, ait: *Poſtquam typicum paſca fuit completum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat, aſſumpſit panem; qui confortator eſt hominis, & ad verum paſcha tranſiit ſacratum, vt quomodo in præfiguratione eius Melchiſedech panem & vinum offerens, fecerat, ipſe quoque in veritate ſui corporis & ſanguinis repreſentaret.* Quis nam verò Melciſedech fuerit, vel à quo patre genitus, quove tempore deceſſerit, non expreſſit Scriptura: Quod Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos, iccirco approbat diuinitus factum; quo ſignificaretur Chriſtus ęternus. Fuit verò Origenis plurimorumque Græcorum opinio, referente Hieronymo ad Euagrium, & Epiphanio lib. 2. aduerſus hæreſes. hæreſi ſcilicet, Melchiſedech, vel Angelum, vel Spiritum ſanctum, vel filium Dei, vel diuinam quãdam virtutem, qui in humana ſpecie apparuerit Abrahæ. Quod etiam in lib. quæſtionum noui ac veteris Teſtamenti D. Auguſtino aſſcripto, quæſtione 109. multis argumentis comprobatur. Sed his obſtare videtur Scriptura, quæ dicit, Melchiſedech fuiſſe regem Salem: †Salem verò vrbs eſt in terra Chanaam: quomodo ergo Angelus, vel Spiritꝰ ſanctꝰ, aut Filius Dei potuit ibi regnare? Cum præſertim alij Reges Sodomorum &

Hieron. in Matt. c. 26.

Melchiſedech quis fuerit.

Hebr. 7.

Origenis opinio.

Epiph. lib. 2. aduerſus hæreſes.

Hebr. 7.

Auguſtin. in li. quęſt. nou. ac vet. Teſtamen. IIII.

Heb. 7.

Salẽ vrbs.

Gomorreorum, ibi puri homines nominẽtur.
Gen. 14. Rurſus dicitur: Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi, non ergo Angelus, vel ſpiritus ſanctus, Quoniam ſacerdos, ex hominibus aſſumitur: & Deus, qualis ſpiritus ſanctus, Deo ſacerdos nõ conſtituitur. Reddit autem gratias Deo pro victoria Abrahæ. Igitur Deus agit gratias Deo.
Hieron. ad Euagrium. Sanctus Hieronymus, Didymum, Ireneum, Euſebium Cæſarienſem, Emiſenum, Apollinarium in Epiſtola ad Euagrium ſecutus, cenſuit, Melchiſedech hominem fuiſſe Chananeum, & regem vrbis Ieroſoſolymæ, quæ primum Salem, poſtea Iebus, ad extremum Hieruſalem fuerit appellata: Neque referre, quod ſine legalibus cæremonijs, & non de genere Leuitico, ac ante circumciſionem, ſacerdos Dei altiſ-
Geneſ. 4. ſimi à Scriptura vocetur: Quippe Abel, Enoch
Geneſ. 9. & Noe ante Abrahã victimas obtulerunt Deo,
Iob ſacerdos. illique placuerunt: Iob quoque, qui de ſtirpe Eſau natus perhibetur, ſacerdos erat, & pro fi-
V. lijs ſuis quotidie immolabat hoſtias † Nam ante inſtitutionem ſacerdotij Aaron, primogenitus ſacerdotio fungebatur. Conſentit Diuo Hieronymo ratio ipſa, vt videlicet oſtenderetur, ſacerdotium non à Iudæis, qui aliquando reprobandi erant, in gentes deueniſſe, ſed potius à gentibus, quæ in populum Dei erant, aſſumendæ, ad Iudæos tranſmeaſſe. Qua ratione
Pſal. 109. ſanctus Propheta permotus, ſacerdotium Melchiſedech typum figuramque ſacerdotij Chriſti præuidens, dicebat ad Chriſtum: Tu es ſacerdos

cerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Verior tamen exiſtimatur opinio Hebræorum, à quibus nec communis vſus diſcedit, Melchiſedech purum fuiſſe hominem, & illum fuiſſe Sem primogenitum filium Noe, quem vſque ad tempora Iſaac ex temporum ſupputatione perueniſſe colligunt: & propterea eſſe ſacerdotem; quòd vſque ad Aaron primogeniti omnes, ſacerdotes eſſent. Illius verò originis, vel vitæ, finis, vel patris, & matris nullibi meminit Scriptura ſub nomine Melchiſedech. Quamquã id ſæpe faciat nomine Sem. Qua de re audita Abrahæ nepotis ſui victoria, diuina virtute facta, protulit panem & vinum, id eſt, ſacrificium Deo obtulit, & gratias agendo; & iccirco benedicens Abraham, ait: *Benedictus Abraham Deo excelſo, &c.* Quoniam victoria Deo excelſo erat aſſignanda, & ei gratiarum actio, pro beneficijs acceptis exhibenda. Alphonſus verò à Caſtro Zamorrenſis lib. 10. contra hæreſes, negat librum, qui de quæſtionibus noui & veteris Teſtamenti inſcribitur, eſſe D. Auguſt. eo videlicet argumento, quòd hanc ſententiam de Melchiſedech, in libro de hæreſibus 34. loco refellit atque damnat: Fieri autem non potuit, aſſertionem hæreticam prius à ſe damnatam, tenere, vel confirmare; cum præſertim in libris retractationum nullibi hanc ſententiam reuocauerit.

Opinio ſecurior ſecundum Hebræos.

Geneſ. 5.

Gen. 14.

Alphonſus à Caſt. contra hæreſ. lib. 10.

EXPLI

EXPLICATIO. XVIII.

Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt, &c. Geneſ. 15. B.

SVMMAE.

I. *Opera non excluduntur à fide Abraha.*

II. *Apoſtolus de fide Abraham loquens, non euacuauit opera.*

III. *Abraham iuſtificatus eſt in fide, non in circuncisione.*

IIII. *Fides & opera coniunxit Iacobus.*

V. *Iuſtificatio modo fidei, modo operibus tribuitur à Scriptura.*

Geneſ. 15. Hæretici hoc loco abuſi ſunt.

IN libro Geneſeos de Abraham ſcribit Moyſes: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Quæ verba tanti à quibuſdam hæreticis fiunt, vt ad ſtabiliendam eorum ſententiam, quòd ſola fide, ſine vllis operibus, iuſtificetur homo, ſufficere videantur. Eò præſertim, quòd Apoſtolus his vtatur in Epiſtola ad Rom. 4. quo probet aduerſus Iudæos, iuſtificari hominem ex fide, nō ex operibus legis. Verè tamen, ſi rectè animaduertitur, neque Moyſis, neque Apoſtoli ſententiam tenent. Moyſes quippe à fide Abrahæ, nequaquam excluſit opera, ſed docuit, magnam illum erga Deum habuiſſe fidem: quę adeò ſit homini neceſſaria, vt primum & omnium virtutum fundamentum, perhibeatur. Quicquid enim bonorum operum ſine fide ſu-

Rom. 4. Exponitur propoſitio

I. Fides eſt fundamētum omnium virtutum.

per-

perſtruxeris, neceſſariò corruit. Vnde Apoſtolus ad Hebræos 11. vocat illam fundamentũ, & ſubſtantiam rerum ſperandarum. Hoc igitur illud eſt fundamentum, ſuper quod ædificauit Abraham. Hæc virtus eſt illa, quę præcipuè placuit Deo. Quod autem non negauerit Moyſes, nedum vtilia eſſe opera, ſed affirmauerit neceſſaria, etiam confirmat, cùm poſtea cap. 22. docet, Deum præcipiſſe Abrahæ Iſaac vnici filij imolationem. Magnum ſanè opus, filium imolare. Et vt intelligas, opera coniuncta eſſe fidei: Dicit Angelus Abrahæ: *Nunc cognoui, quòd timeas Deum: & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me.* Quæ ergo maior operum poteſt eſſe laus, quàm quòd timorem Domini indicent? † Apoſtolus etiam, cùm dicit, Abraham ex fide iuſtificatum; non euacuauit opera; ſed contulit vim fidei, cum virtute operum legis. Credebant enim Iudęi, iuſtificari hominem ex operibus legis, pręſertim circunciſione; abſque fide Chriſti; docuit id Apoſtolus eſſe falſum; † Propterea quòd pater Abraham iuſtificatus eſt ante circunciſionē per fidem in Chriſtum: Vnde ait: *Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt* (de operibus legis erat controuerſia) habet gloriam, ſed non apud Deum. Igitur non in circunciſione; ſed in pręputio iuſtificatus eſt Abrahã. Opera verò à Paulo requiri, paſſim epiſtolis ſuis legitur, vt tandem concludat, gloria, honor, & pax omni operanti bonum. Sed Apoſtolus Iacobus, qui eo tempore ſcripſit

Hebr. 11. Definitio fidei.

Opera eſſe neceſſaria non negauerit Moyſes.

Gen. 22. Timere Deum, eſt opus bonũ

II.

III. Rom. 4. Galat. 3. Rom. 4.

Opera requiruntur à Paulo. Rom. 2. Iacob. 2.

ſcripſit,quo quæſtio hæc agitabatur, & Moyſis & Apoſtoli verba de iuſtificatione Abraham, non ex fide tantùm, aut ex operibus ita
IIII. determinauit † *Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt*, offerens Iſaac filium ſuũ ſuper altare? Vides, quoniam fides cooperatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt.

Scriptura ſacra non aduerſatur ſibi ipſi. Vera autem eſſe, quæ diximus, ſancta Scriptura oſtendit, cùm multis locis fidei, & in alijs operibus iuſtificationẽ hominis tribuit. † Por-
V. rò ſancta Scriptura ſibi aduerſaria non eſt, aut repugnãs, aut inconſtans, ſed vbiq; vna, vbiq; eadem, vbique fidelis. Abacuch. 2. ſcribitur: *Iu-*
Abac. 2. *ſtus ex fide ſua viuit.* & Ioan. 1. dicitur: *Dedit eis*
Ioan. 1. *poteſtatem filios Dei fieri, ijs, qui credunt in eum.*
Ioan. 3. Et Ioan. 3. *Ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in illum non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Rurſus Apoſtolus in ea Epiſto-
Rom. 4. la, quæ eſt ad Romanos & Galatas, totus eſt ad
Galat. 3. commonſtrandum iuſtificationem hominis à fide in Chriſtum pendere, & in alijs non paucis etiam. Sunt præterea multæ authoritates, quæ
Lucæ 7. illam operibus tribuunt, vt Lucæ 7. *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Et
1. Pet. 4. 1. Pet. 4. *Charitas operit multitudinem peccatorũ.*
Dan. 4. Et Daniel. 4. dicitur Nabuchodonoſor regi: *Quamobrem Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum: forſitan ignoſcet Deus de-*
Tob. 12. *lictis tuis.* Et Tob. 12. *Eleemoſyna liberat à morte, & ipſa*

& ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. Et Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Et Rom. 2. *Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.* Et etiam aliæ multæ perſimiles auctoritates dant operibus iuſtificationem, ſalutem: at non ſolis operibus abſque fide, ſicut illæ, quæ attribuunt fidei non ſeparant opera: Quoniam fides viua opera & gratia nolunt ab inuicem ſeparari. Gratia nanque præcedit, & ducit ad fidem, fides ducit ad charitatẽ, & charitas ducit ad opera. Proinde, neque fides opera, neq; opera fidem excludunt, ſed ſimul iuſtificant hominem. Fides quippe initiatiuè, opera verò completiuè, ac conſummatiuè, ſicut ex ſententia Iacobi ca. 2. definitum eſt.

Fides non excludit opera, nec contra.

Fides quomodo iuſtificat.

Opera quomodo iuſtificant.

EXPLICATIO XIX.

Ecce concluſit me Dominus, ne parerem, &c. Geneſ. 16. A.

SVMMÆ.

I. *An liceat homini vxorem ſterilem habenti, filios procreare ex ancilla, vel alia mulier?*

II. *Lex Euangelica omne ſtuprum adulterium iudicat.*

III. *Abraham excuſatur ab adulterio.*

IIII. *Concubinam habere nunquam licuiſſe homini etiam ex diſpenſatione.*

V. *Eſſe concubinam alicui, & in matrimonio iunctam, quomodo intelligitur.*

VI. *An vxor poſſit remittere ius, quod habet in corpus mariti tradendo ipſum alteri.*

Geneſ. 16.
Opinio quorundã.

HINC ſumunt aliqui argumentum, licere homini vxorẽ ſterilem habenti, filios aut ex ancilla vel alia muliere, ex vxoris conſenſu quærere. † Nam non modò hîc Abraham roganti vxori conſentiens pro habendo filio, dormit cum ancilla, ſed Iacob etiam acquieſcens vxori Liæ, ex ancilla ſuſcipit filios. Confirmant id ipſum quoque hac ratione. Vxor poteſtatem corporis viri ſui habet, poteſtque ius ſuum remittendo, virum liberum facere; vt non peccet, ſi cum aliena miſceatur vxore: licet ergo quærere filios ex aliena, ſi ſua fuerit ſterilis. Sanè de quæſtione hac multa diſputauit Gratianus 33. quæſt. 4. tandemque eam ex ſententia Auguſtini ſuper Ioannem, & Ambroſij in lib. de Patriarchis ſoluit: Nullo, videlicet, modo Chriſtianis licere, ſiue propter vxoris ſterilitatem, vel ob infirmitatem illius, turpemve aliam cauſam, cum alia, præterquam cum vxore propria commiſceri; ſuper quo etiam nec Pontifex diſpenſabit. † Nam lex Euangelica omnem coniugati cum non propria vxore concubitum adulterium iudicat; nec aliquid licere viro, quod non liceat vxori, patitur. Eandem enim tam à viro, quàm ab vxore expetit caſtimoniam. Vnde

I. Exemplum Abrahæ cũ ancilla Geneſ. 16
Exemplum Iacob cum ancilla. Geneſ. 30.
Exponitur propoſitio.
Gratian 33 quæſt. 4.
Augu. ſup. Ioan.
Ambroſ. in lib. de Patriarchis.

II.

de quicquid in ea, quæ legitima vxor non eſt, commiſſum fuerit, adulterij crimine damnatur. Dicit namque Dominus, Matthæi quinto: *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo.* Matth. 5. Et per Apoſtolum proclamat: *Omnis fornicator, aut adulter regnum Dei non poſſidebunt.* 1. Cor. 5. Abraham autem & Iacob idcirco non peccauerunt, quoniam alia eſt Patriarchis facta permiſsio; aliud Euangelij præceptum. Permiſſio & præceptum differunt. Illis enim diuina reuelatione permittebatur, vt populus Dei propagaretur. In vno enim tanto populo Dei cultus conſeruabatur. Quamobrem quærenda erat terrena propagatio. In lege verò Chriſtiana, non terrena ſucceſsio, ſed cœleſtis multitudo quæritur. Tunc quippe replenda erat terra; nunc autem implendum eſt cœlũ. Tunc Oſeæ 1. per Prophetas dicebat Deus: Dic Domui Iudæ, Dic domui Iſraël; Zachar. 1. ſed nunc Chriſtus dicit Iſa. 5. Apoſtolis: Euntes, docete omnes gentes. Et Marc. 16. Spiritus ſanctus per Apoſtolum Petrum ait: In Actor. 10. omni gente, quicunque timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Qua de re prius affectus habendæ ſobolis, modò ab adulterio non excuſat. Sed Ambroſius lib. 1. de Abraham Patriarcha c. 4. alia ratione putauit Abrahã ab adulterio excuſandum. Ambr. lib. 1. de Abrahã Patriarcha, cap. 4. † Quia ante Moyſis legem adulterium non erat vetitum, verba illius ſunt: Sed fortaſſe dicet aliquis: Quomodo Abraham nobis proponis imitandum, cùm de ancilla ſuſceperit filium? Aut quid

ſibi vult hoc eſſe, vt tantus vir huic errori fuerit obnoxius? Sed cõſideremus primùm, quòd Abraham ante legem Moyſis, & ante Euangelium fuit, cùm non interdictum adulterium videbatur: pœna criminis ex tempore legis eſt, quæ crimen inhibuit, nec ante legem vlla rei damnatio eſt. Non ergo in legem commiſit Abraham, ſed legem præuenit. Deus enim in Paradiſo licèt coniugium laudauerit, non adulterium damnauit. Hæc Ambroſius. E quibus verbis patet, Abraham adulterium commiſiſſe, ſed ob id adulterij pœna non teneri, quia lex nondum illud prohibuerat. Verùm exiſtimandum eſt, non hæc, ex ſua ſententia, dixiſſe Ambroſium, ſed aliorum retuliſſe reſponſionem; ſatiſque illi eſſe, quòd apparentem (quanquam ab alijs mutuatur) dederit quæſtionis ſolutionem: Quippe quod Chryſoſtomus, Auguſtinus, & omnium ferè Theologorum conſenſus aſſerit, concubitum Abrahæ cum ancilla, neq; fornicationem, neque adulterium extitiſſe, ſed legitimum matrimonium. Teſtatur hoc Moyſes libro Geneſeos, cap. decimo ſexto, his verbis: *Cumq; ille acquieſceret deprecanti, tulit Agar Ægyptiam ancillam ſuam poſt annos decẽ, quàm habitare cœperant in terra Chanaam, & dedit eã viro ſuo vxorem.* Hîc ait Moyſes, quòd Sara dedit viro ſuo Agar in vxorem; Non ergo cum ſcorto, ſiue pellice rem habuit Abraham cum Agar ancilla, ſed eam affectu maritali, & velut vxorem cognouit. Itaq; nulla ratione fit, quòd Abra-

Gen. 16.

Affectus maritalis.

Abraham de adulterio culpetur. Beatus Thomas quæſtione ſexageſima quinta, artic. quinto, in additionibus ad tertiam partem docuit, † nunquam licuiſſe, habere concubinam etiam ex diſpenſatione, niſi in matrimonium iunctã. Quoniam talis coitus eſt contra legem naturę. Placuit hîc, vt ad manus habeantur, illius verba ſubſcribere: Reſpondeo dicendum, quòd Rabbi Moyſes dicit, quòd ante tempus legis fornicatio non erat peccatum, quod probat ex hoc, quod Iudas cum Thamar concubuit; ſed iſta ratio non cogit. Non enim neceſſe eſt, filios Iacob à peccato excuſari, cùm accuſati fuerint apud pàtrem crimine peſſimo, & in Ioſeph necem, & venditionem conſenſerunt. Et ideo dicendum eſt, quòd habere concubinam non matrimonio vinctam, ſit contra legem naturæ, & nullo tempore ſecundum ſe licitum fuit, nec etiam ex diſpenſatione. Sicut enim ex dictis patet, concubitus cum ea, quæ non eſt matrimonio iuncta, non eſt conueniens actus ad bonum prolis, quod eſt principalis finis matrimonij, & ideo eſt contra præcepta legis naturæ, quæ diſpenſationem non recipiunt: Vnde, vbicunque legitur in veteri Teſtamento, aliquos concubinas habuiſſe, quos neceſſe ſit, à peccato excuſari; oportet eas eſſe matrimonio iunctas; & tamen concubinas dici, † quia aliquid de ratione concubinę: Secundum enim quod matrimonium ordinatur ad ſuum principalem finem, qui eſt bonum prolis, vxor viro

B. Thom. q 67. art 5. in additionibus ad tertiã partem, concubinam habere nũquam licuiſſe. I I I I. Gen. 38. Matth. 1.

V. Finis matrimonij.

coniungitur inſolubili coniunctione, vel ſaltē diuturna, vt ex dictis patet: Et circa hoc non eſt aliqua diſpenſatio, ſed quantum ad finem, qui eſt diſpenſatio familiæ, & communicatio operum; vxor enim coniungitur viro vt ſocia, ſed hoc deerat in his, quæ concubinæ nominabantur. In hoc enim poterat eſſe diſpenſatio, cùm ſit ſecundarius matrimonij finis: & ex hac etiam parte habebant aliquid ſimile concubinis, ratione cuius concubinæ nominabantur, Hæc diuus Thomas. Nullo ergo pacto concedendum eſt, fornicationem vel adulterium, ſiue ante legem, ſiue poſt, aliquando licuiſſe. Vnde nec etiam quærendæ prolis gratia licuit (vt ait Thomas) ex diſpenſatione.

Alius finis

VI. Obiectio. Dicet verò quis, † poteſt vxor remittere ius, quod in corpus mariti habet, & alteri tradere mulieri: Igitur non peccat maritus, ſi de conſenſu vxoris, cum alia dormiat. Huic reſpondetur: Vxoris erga maritum indulgentiā, & iuris ſui tranſlationem in aliam mulierem, quo euitetur peccatum, non ſufficere. Quandoquidem vir adulterium committens, non ſolum peccat in vxorem, ei corpus ſuum ſubtrahendo, alterique mulieri dando; Sed peccat etiam in legem Euangelicam, quæ omnibns alta voce clamat: *Qui dimiſſa vxore aliam duxerit, mœchatur*. Matthæus 19. Vbi Chriſtus omni excluſa etiam poſteritatis habendę, & adhuc cum vxoris conſenſu, aliam præter vxorē propriam habere prohibet.

Reſponſio.

Matth. 10.

Diuus

Diuus verò Thomas, aliam huic quæſtioni reſponſionem affert in prædicta quæſtione articulo tertio; Quòd mulier habet poteſtatem in corpore viri non ſimpliciter quantum ad omnia; ſed ſolum quantum ad matrimonium. Et ideo non poteſt contra bonum matrimonij corpus viri alteri tradere. Filij enim, qui naſcerentur, ſpurij & infames eſſent, quoniam de turpi coitu nati: fides quoq; periret, ſi cum muliere altera vir coniungeretur. Matrimoniũ quippe naturale eſt, & dirimi nequaquam (ſine legis naturæ violatione) poteſt. Quocirca cum mulier ſupra naturæ legẽ ius non habeat, nec etiam viro poteſt concedere facultatem, vt cum altera miſceatur.

B. Thomas

Mulier poteſtatẽ habet in corpore viri.

Matrimonij fides ſeruanda.

EXPLICATIO XX.

Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit, &c. Geneſ. 17. A.

SUMMAE.

I *Abraham an peccauerit infidelitate.*

II. *Abraham riſit ex admiratione.*

III. *Abraham quomodo habuit corpus emortuum.*

Geneſ. 17.

DIXIT Abrahæ Deus: Ex Sara dabo tibi filiũ, cui benedicturus ſum, eritq; in nationes, et reges populorũ orientur ex eo. Cecidit Abrahã in faciem ſuã; & riſit in corde ſuo dicens: Putáne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Hier. li. 3. cõtra Pela. diſputans,

Exponitur propoſitio

Hieron. li. 3. contra Pelagium.

tans, an Abraham peccauerit infidelitate, ait:
1 † Abraham non credidit, quod Deus repromiſit, ſed riſit in corde, putans, ſe celare Deum, & apertè ridere non audens. Denique cauſam incredulitatis exponens, dicit in corde ſuo. Quomodo poteſt fieri, vt centenarius de nonagenaria pariat filium? Viuat, inquit, Iſmahel in conſpectu tuo, quem ſemel dediſti. Difficilia non quæro, contentus ſum beneficio, quod accepi. Quem occulta reſponſione arguēs Deus, ait: Etiam fiat, quòd exiſtimes non futurum, & ex errore tuo, quo riſiſti, filius tuus Iſaac riſus nomē accipiat. Hieronymo cōſentit Chryſoſtomus, qui hom. 6. de Pœnitentia oſtendēs, quomodo permittat Deus, etiam ſanctos homines per eorum libertatem arbitrij peccare, dicit. Sic itaque infidelitate ſanctus peccauit Abraham: propterea pœnā non effugit à Deo, vt ſeruiret ſemen eius annis quadringentis. Et iterum Moyſes non glorificans Deum, cùm aquam de petra eduxit, ingratus fuit, atq; ideo ad eum Deus, non videbis (inquit) terrā promiſsionis, & non intrabis in eam. hactenus Chryſoſtomus. Apparet autem horum ſanctiſſimorum virorū ſententiam fuiſſe, quòd Abraham infidelitate peccauerit: propterea quòd inania putans, quæ promittebantur, atque impoſſibilia, riſit in corde; Et quia etiam non pro Iſaac (qui futurus promittebatur filius) ſed pro Iſmahele, quem iam habebat, deprecatus eſt. Contrarium autem his apparet, Paulum in epi-

Iſaac interpretatiò.

Chryſ. homil. 6 de Pœniten.

Deus ſanctos homines peccare quādoq; permittit.

Geneſ. 48.

Exod. 1.

Moyſes Deo ingratus.

Exod 17.

Num. 1.

ſtola, quæ eſt ad Romanos cap. 4. ſenſiſſe, cùm Rom. 4.
dicit: Et non infirmatus eſt fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ. In repromiſſione etiam Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo, pleniſſimè ſciens, quia quæcunque promiſit, potens eſt, & facere. Apertiſſimè hic dicit Paulus: Nihil prorſus Abraham hæſitaſſe diffidentia, immo quod contra ſpem, in ſpem pleniſſimè crediderit. Hanc dubitationẽ ſoluens Lyranus, in eum locum ait: Cecidit Abraham in faciem ſuam, regratiando Deo de tanto beneficio, & riſit † in corde ſuo, non ex derifione, alioquin fuiſſet increpatus à Deo, ſicut fuit Sara, vt habetur ca. ſequenti; ſed riſit præ cordis exultatione, dicens: Putaſne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Hoc non dixit dubitando, ſed diuinum beneficium admirando. Lyrano conſentit Gloſa interlinearis, quæ ait, ſuper verbum riſit: *In corde gauiſus eſt*. Vnde filius Iſaac riſus vocaretur. Et ſuper verbum, putas ne centenario: *Inquit, applaudando, non diſceptando*. Vnde Paulus: Nec conſiderauit corpus ſuum emortuũ, &c. Hoc potuit Lyranus ab Auguſtino lib. decimoſexto, de Ciuit. Dei, cap. 26. mutuare, qui habet: *Riſus Abrahæ exultatio eſt gratulantis, non irriſio diffidentis*. Verba quoque eius illa in animo ſuo. Si mihi centum annos habenti naſcetur filius, & ſi Sara annorum nonaginta pariet,

Abraham non hæſitauit diffidentia.

Lyranus.

II.

Sara à Deo increpata.

Gloſa interlinearis.

Rom. 4.

Auguſt. lib. 16. de ciuit. Dei, ca. 26.

riet, non ſunt dubitantis, ſed admirantis.

Ioan. Arb. li. 1. Theo. Alio modo hæc controuerſia à Ioanne Arboreo lib. primo Theoſophiæ diſſoluitur. Exiſtimat enim principio, cum Deus promitteret filium, & in corde ſuo riſiſſet, hæſitaſſe Abrahã diffidentia, quam ſequentibus verbis expreſſit? *Putáſne centenario naſcetur filius?* Cum verò validiſsimam Dei promiſsionem audiſſet, erectus animo, dubitantemq́; mentem deponens, ac firmiſsimè Deo pollicenti credens, diuinis illius promiſsionibus conſtanter adhæſit. Non ergo culpandus eſt Abraham. Nam

Riſus Abrahæ. vel riſit præ gaudio & admiratione, vel principiò ſubreptione commotus; Deinde conſtanter credidit, & ideo non peccauit.

III. Dubitabit verò aliquis: quid magni eſt,

Rom. 4. quòd † Abrahæ promittitur filius; Quidq́; eſt,

Gen. 25. quòd eum habere corpus emortuũ dicat Paulus, cum ipſe mortuã Sara filios generarit ex

Gloſa ordinaria. Cethura? Reſpondet Gloſa ordinaria, quòd Medici tradunt, ſenes de fœmina prouectioris ætatis, etſi muliebria ei contingant, generare minimè poſſe, de iuuencula autem poſſe. Rurſus mulier prouectæ ætatis, etſi adhuc muliebria contingant ei, de ſeniore parere nõ poteſt, de iuuene poteſt. Miraculum ergo fuit, Quia

Muliebria Saræ decerant. vterque ſenex & prouectæ ætatis, & deſierant muliebria Saræ. Secundum hoc igitur Abraham miratur Dei potentiam de promiſsione filij. Et hoc miraculum, Apoſtolum conſideraſſe accipere poſſumus. Emortuum enim corpus

Abra-

Abrahæ erat, non omnino ad generandum, ſi iuuenilis mulier fuiſſet ætatis, ſed de prouectæ ętatis, qualis erat Sara, cui etiam deſierant muliebria, generare non poterat. De Cethura verò poſtea generauit, quia iuuencula erat. Abraham de Cethura generauit.

EXPLICATIO XXI.

Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt, &c. Geneſ. 19. B.

SVMMAE.

I. *Loth exemplo fornicatio defenditur ab hæreticis, non eſſe peccatum.*

II. *Loth an peccauerit producendo filias.*

III. *Fornicatio quot modis accipitur in Scriptura.*

IIII. *Fornicationē peccatū mortale eſſe probatur.*

V. *Meretrices cur permittantur.*

QVI fornicationem negant eſſe peccatum, † hoc beato Loth exēplo, qui filias proſtituere non erubuit, abutuntur: Aiunt enim, nunquam ſanctum virum luxurioſis hominibus voluiſſe producere filias; ſi peccatum eſſet fornicari: Adrianus Pontifex huius nominis ſextus, Quotlibeto 1. probabiliter diſputauit, An in ea filiarum productione peccauerit Loth, Non peccaſſe autem illum ob id exiſtimat, quòd noluerit principaliter filias producere, ſed quia videns Sogdomitas ad graue nefasc ommittendum paratos, vt minus peccarent conabatur. Corruptio enim Gen. 14. I. Exponitur propoſitio Adrianus Pontifex Quotlib. 1.

puel

puellarum minus flagitium, vitio Sogdomitico eſſe, cenſetur; ſuadere autem paratis grauiora committere minora vt faciant, quo à maioribus velint abſtinere, dilectionis eſt opus charitatiſque inditium; non igitur peccauit ſanctus vir. Accedit ad hoc, quòd filias ſuas adeò pudicas & caſtas nouerat; vt pro comperto haberet, nullo pacto corruptoribus & violatoribus corporis animo eſſe conſenſuras. Modò autem, cùm peccatum in animo, non in corpore ſitum perhibeatur, neque Loth, neque filias peccaſſe, ſiue peccaturas erit exiſtimandum. Hæc autem, vt diximus, Adrianus probabiliter aſſeruit. Beatus Auguſtinus li. Quæſt. ſuper Geneſim, & in hæc verba refertur à Gloſa ordinaria, dubiè de peccato Loth loquitur. Quod etiam in lib. de mendacio facit, verba eius ſunt: Vtrum admittenda ſit comparatio flagitiorũ, vel quorumlibet peccatorum, vt faciamus mala, ne fiant grauiora: An perturbationi Loth non ſit conſilio tribuendum, meritò quæritur: Et nimirum periculoſiſsimè hæc comparatio admittitur. Si autem perturbatio mentis fuerit, nullo modo eſt imitanda. Hęc ibi Auguſtinus. Igitur neque Loth peccaſſe, neque non peccaſſe definit; factum tamen illius minimè probans, dicit, non eſſe imitandum.

Charitatis inditium.

Peccatum in animo ſitum.

Auguſt. li. Quæſt. ſup. Geneſim.

Gloſa ordinaria.

Aug. in lib. de menda.

Ego autem audiens Apoſtolum dicentem: Non ſunt faciẽda mala, vt inde eueniant bona. Et iterũ: Non ſolum facientes, ſed eis conſentientes digni ſunt morte: non vereor affirmare

Rom. 3.

Rom. 1.

Loth crimen fornicationis conſentiendo & inducendo, commiſiſſe; confirmatur adhuc mea ſententia ex ordine charitatis, quam erga proximum habere oporteat: Nihil enim pro vtilitate proximi facere lex permittit charitatis, ſi ex eo in nobis naſcitur peccatum. Pro maioribus ergo peccatis à proximo euitandis, haud nobis licet minora committere. Plurimum tamen tanto viro condonandum eſt, quoniam id perturbato animo fecerit, & quia conciuibus ſuis, ne in tam graue facinus laberentur, conſulere nitebatur. Hoſpites etiã domi ſuſceptos iubebat naturæ lex à vi protegere. Vndepeccatũ Loth aliqua ex parte meretur excuſationẽ. Cùm verò dicitur vulgata illa lege, De duobus malis minus eſt eligendum, & ideo minus flagitiũ Loth eligens, à regula non diſceſsit, Qua de re minimè peccauit. Reſpondendum eſt, regulam de damnis atque rebus corporalibus eſſe intelligendam, & non de flagitijs ſiue peccatis; ſiquidem de criminibus manifeſta eſt Apoſtoli ſententia: Non ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona. Si ergo non ſunt facienda mala, vt inde prdueniant bona, neque etiam licet facere mala, quò euitentur grauiora. Quamobrem impuri fornicarij exemplo Loth ſe protegere nequeunt, Quandoquidem ille aut peccauit, prout dictum eſt, aut nullo modo eſt imitandus, vt docuit Auguſtinus.

Ordo charitatis.

Peccatum Loth aliqua ex parte excuſatur.

Rom. 3.

Minus malũ de duobus eſt eligendum,

Eſſe autem fornicationem peccatum mortale, ex ſacris literis ſanctiſq; auctoribus oſten-

Fornicatio eſt peccatũ mortale.

de-

III. demus, † ſi prius quot modis fornicatio acci-
Primo. piatur in Scripturis, enumerauerimus. Primò igitur fornicatio Idololatriam & infidelitatem ſignificat, iuxta illud Oſeæ 4. *Fornicati ſunt à Deo ſuo.* Et primi Paralip. 5. *Fornicati poſt Deos*
Secundo. *plurimos*. Secundò fornicatio eſt qualecunque peccatum, quod à Deo ſeparat. Anima enim, quæ Deo legitimo ſponſo per fidem eſt de-
Oſeæ 4. ſponſata, peccans, fornicatur, vnde peccatrici
1. Paral. 5. animæ improperatur per Hieremiam cap. 3.
Hierem. 2. *Tu autem*, ait, *fornicata es cum amatoribus mul-*
Tertio. *tis*. Tertiò ſumitur fornicatio, tanquam genus ad omnes illicitos luxuriæ actus, ſicut eſt illud
1. Corint. 5. Apoſtoli 1. Corinth. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio. & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris aliquis habeat: vbi Apoſtolus inceſtum appellat fornicationem. Huius autem luxuriæ, ſiue fornicationis ſpecies prima, eſt fornicatio ſimplex. Venereus ſcilicet actus, qui inter ſolutum & ſolutam interuenerit, quæ fornicatio ſimplex à Doctoribus Theologis appellatur, & de hac nobis eſt ſermo, & quærendum eſt, an ſit peccatum mortale.

IIII. Fornicationem eſſe peccatum, † principio
Matth. 15. approbat Saluator noſter Matth. 15. dicens: *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c. quæ coinquinant*
Fornicatio *animam*. Numerans ergo Dominus fornica-
maculat tionem inter ea crimina, quæ maculant ani-
animam. mã, facilè indicat, eſſe peccatum. Deinde Apoſto-

ſtolus Galat. 5. Eandem inter opera carnis referẽs, ait. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. Sicut igitur luxuria, & impudicitia regnũ Dei non conſequuntur, ſic nec fornicatio, quæ illis à Paulo adiungitur. Præterea idem Apoſtolus ad Corinth. ſcribens, ait: Nolite errare, neq; fornicarij, neque Idolis ſeruientes, neque adulteri, neq; maſculorum concubitores, neque fures, &c. regnum Dei poſſidebunt. Quis ergo tantæ eſt audaciæ, vt neget fornicationẽ, quæ à regno Dei excludit, & inter grauiſsima computatur ſcelera, eſſe peccatũ? Rurſus idẽ Apoſtolus ait: Neſcitis, quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti, tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? Quæ verba in ſermone 16. de verbis Domini ita interpretatur Auguſtinus: Iam vide, quid facias de templo Dei, ſi eligeres in Eccleſia facere adulterium intra iſtius parietes, quid te eſſet ſceleratius? Modò autem tu ipſe es templum Dei, templum intras, tẽplum exis, templum in domo tua manes, tẽplum ſurgis; Vide, quid agas, vide, ne offendas templi habitatorem, ne deſerat te, & in ruinam vertaris. Neſcitis, inquit, quia corpora veſtra (& hoc de fornicatione loquebatur Apoſtolus, ne contemneret corporalia peccata) tẽpla in vobis ſunt Spiritus ſancti, quẽ habetis à Deo, & nõ eſtis veſtri. hæc Aug. Quare cum membra Chriſti & templum Spiritus ſancti, quę ſumus nos, prohibeat Apoſtolus fieri

Galat. 5.

1. Cor. 6.

1. Corint. 6.

Aug. ſerm. 16. de verbis Domini.

Nos ſumus membra Chriſti.

fieri per fornicationem membra meretricis; ſequitur, fornicationem omnino eſſe peccatum. Omitto prudens, quid à Moyſe, cæteriſque Prophetis in veteri Teſtamento, ad fornicationem deteſtandam, ex verbo Dei relatum ſit: Nam quoquò te vertas, vbique contra ſcortatores tam exempla, quàm prohibitiones inueniuntur Illo tantum ero contentus, quod in

Deuter.23. libro Deuteron. cap. 23. per Moyſen refertur: *Non erit*, ait, *meretrix de filiabus Iſraël, nec ſcortator de filijs Iſraël.* Et præcepti huius cauſam, parùm infrà ſubiungens, inquit: *Quia abominatio eſt vtrunque apud Dominum Deum tuum.* Audiant hìc fornicationum, meretricum, & ſcortatorum defenſores, quòd tam meretrix, quàm qui ad eàm accedit ſcortator, ſimul ſunt abominatio apud Deum; Non ergo quiſquam ſibi in concubinatu luxurijs & fornicationibus blandiatur; quaſi Deus iſta non curet, neque videat. Videt autē & curat, cùm ſibi hæc agentes ſint abominatio. Hinc Iſidorus libro 2. de

Iſidorus libro 2. de ſummo bono, cap. 39. ſummo bono cap. 39. noſtram ſententiam confirmans, ait: *Inter cætera ſeptem vitia, fornicatio maximi eſt ſceleris, quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membrum Chriſti facit membrum meretricis: Magis per carnis luxuriam humanum genus ſubditur Diabolo, quàm per cætera vitia. Dæmones ſcientes pulchritudinem eſſe animæ caſtitatem, & per hanc hominem angelicis meritis, è quibus illi lapſi ſunt, coëquari liuore percuſſi inuidiæ, inijciunt per ſenſus corporis opus*

deſide-

deſideriumq́ libidinis, quatenus à cœleſtibus deorſum detectam animam pertrahant, ſecumq́, quos vicerint, glorianteſ, ad tartara ducant; Quomodo ait Apoſtolus: *Fugite fornicationem*. Hæc Iſidorus. Qui breuibus, quoad fieri poterat, fornicationis ſcelus quàm graue ſit apud Deum, quamque pernicioſum hominibus, & quomodo Angelos contriſtans, Dæmones lætificet, oſtendit.

Fornicatio ſcelus maximum eſt.

Fornicatio contriſtat angelos.

Fornicatio lætificat dæmones.

Sed ſcio adhuc, quid pro ſe, & in eorum excuſationem afferant ſcortatores. † Meretrices, (aiunt) à legibus permittuntur: Et qui ad eas accedit, quoniam vxorem nō habet, neminem lædit: igitur cum libera & ſoluta muliere coire non eſt peccatum. At his reſpondemus: Leges quę meretrices ſiue fornicationes permittunt, hoc eſt, non puniunt, minimè conſiderare peccata, quæ contra Deum fiunt, ſed hoc pro Reipub. pace, atq; hominum tranquillitate faciūt; Ne vel ſtupra, vel inceſtus, ſiue adulteria committantur. Cæterum pœnas & ſupplicia, quæ huiuſmodi ſcortatores merentur, apud tribunal Dei reſeruant. Si verò quiſpiam eſt, cui hęc reſponſio non ſatisfaciat, Auguſt. in lib. de decem Chordis, cap. 10. legere poterit, Vbi ſanctus ille Pater ſic ſcriptum reliquit: Noli dicere tibi, quando fortè aliquid luxurianter vis agere, vxorem non habeo, facere poſſum, quod volo: non enim poſt vxorem meam pecco. Iam noſti precium tuum, iam noſti, quò accedis, quid manduces, quid bibas, immo quem man-

V.

Meretrices cur permittantur.

Leges meretricibus pœnas ante Deum reſeruant.

Auguſt. in lib de decē chordis, cap. 10.

duces, quem bibas, Abſtinete à fornicationibus. Ne fortè mihi dicas, ad fornicatricem vado, ad meretricem pergo, ad proſtitutam eo, nec illud præceptum violo, quo dictum eſt: Non mœchaberis: quia vxorem nondum habeo, nec poſt illam aliquid facio: nec illud præceptum violo, vbi dictum: Non concupiſces vxorem proximi tui. Qui ad publicam vado, in quod præceptum incurro? Charior factus eſt tibi homo quàm Deus? Ergo quomodo facio, inquis, ipſi Deo? Corrumpis teipſum. Et vnde iniuriam facio Deo, quia corrumpo me ipſum? Vnde tibi facit iniuriam, qui voluerit fortè lapidare tuam tabulam pictam, in qua tabula imago tua eſt, in domo tua inaniter poſita ad vanum honorem tuum, nec ſentiens, nec loquens, nec videns? Si quis illam lapidet, nonne in te eſſe contumeliam factam attendis? Cum verò imaginem Dei, quod es tu, corrumpis in te per fornicationes, & per diffluentias libidinis. attendis; quia ad nullius vxorem acceſsiſti, attendis, quia poſt vxorem tuam nihil feciſti, quia vxorem non habes, & non attendis per libidines illicitas fornicationis, cuius imaginem violaſti. Hoc iuſsit, hoc præcepit Dominus, ne per illicitas voluptates corruat templum eius, quod eſſe cœpiſti. Nũquid hoc ego dico? A poſtolum audite 1. Corinth. 3. & 6. Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei corruperit, corrũpet illum Deus. Videtis, quomodo minatur.

Pulchra D. Auguſtini ſententia.

1. Cor. 3. 6.

Non vis corrumpi domum tuam: quare corrumpis domum Dei? hæc Auguſtinus, &c.

EXPLICATIO XXII.

Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorũ, &c. Geneſ. 19. F.

SVMMÆ.

I. *Filiæ Loth excuſantur ab Origene.*
II. *Filiæ Loth accuſantur ab Auguſtino.*
III. *Loth peccauit in concubitu cum filiabus.*
IIII. *Sogdomitæ grauiori ſupplicio puniuntur, quàm libidinoſi tempore Noe.*
V. *Loth peccauit offerendo filias.*

EXCVSAT Origenes homil. 5. in Geneſim, † filias Loth ab inceſtuoſo concubitu; Quod non libidinis, ſed ſeruandæ poſteritatis gratia, illum à patre ſuffuratæ ſint. Quod maximè oſtenderunt, cùm ſemel concubentes, nunquam repetunt concubitum. Edoctę namq; à patre fuerant, conſumationem totius orbis futuram per ignẽ; ſicut ſemel factam fuiſſe audierant temporibus Noe per aquam, Exiſtimaueruntq; eum cum Sogdoma, (illis tantum cum patre ſuperſtitibus, ad genus humanum reparandum) periſſe. Qua de cauſa *maior ait ad minorem: Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorum remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos, iuxta morem vniuerſæ terræ.* Et quamuis graue crimen patris videretur concubitus; grauior tamen apud eas cenſebatur

Gen. 19. Orig hom. 5 in Geneſ. I. Expoſitio propoſitionis. Gen. 6. Geneſ. 19. Filiæ Loth concubuerunt cum patre.

Filiæ Loth concubuerunt cum patre.

batur impietas; ſi ſeruata caſtitate, ſpem poſteritatis omnem delerent. Ideo conſilium inierunt, dicentes: *Veni, inebriemus eum vino, dormiamuſq́ cum eo, vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemen.* Singulæ itaque ſingulis noctibus ſuſcipiunt ab ignorante patre conceptum. Auguſtinus autem libro 22. contra Fauſtum, cap. 43. † *Non liberat filias Loth ab omni culpa, quoniam inceſtus cum patre, ſemper, & propter quancumque cauſam horrendus, deteſtabilisq́ habitus eſt.* Horret, inquam, natura, vt filius cum matre, ſiue filia cum patre, non modò amiſſa verecundia, ſed deſtructa lege naturæ coeant. Nam & ſi aliquando ſororem accipere propter hominum raritatem in vxorem licuit: nunquam tamē matrem filio, vel patri filiam ducere permiſſum eſt. Neque pia reparandi generis humani earum intentio penitus excuſat. Cùm potius illud perire permittendum ſit, quàm in Dei legem peccare.

Aug. li. 22. contra Fauſtū, cap. 43.

II.

Inceſtus ſemper cū patre horrendus.

III. Sed † Loth quoque minimè à peccato defenditur ob id, quod eo ebrio & fortè non animaduertente, cum filiabus concubuit. Neque enim verò ſimile eſt, neque natura patitur, hominem cum fœmina coire, præſertim cum virgine, & non ſentire, aut quid faciat nō animaduertere. Equidem bene nouerat vxorem in ſtatuam ſalis conuerſam obiiſſe, neque alias ſecum in monte eſſe fœminas pręter filias. Accedit ad hoc, quod non ſemel, ſed iterum alternis noctibus cum ipſis concubuit: & bis in ebrietate

VxorLoth in ſtatuam ſalis conuerſa.

Loth bis in ebrietate labitur.

tate labitur. Quam ob cauſam ait Hieronymus: *Hebræi appungunt deſuper obelo, quaſi ſuperflua ſint verba, & neſciuit, quòd dormiſſent cum eo, quaſi incredibile, quia rerum natura non capiat coire quempiam neſcientem.* Loth igitur tribus modis accuſatur, fitque inexcuſabilis. Primò, quia non credidit Angelo; Deinde, quia inebriatus eſt. Tertiò, quòd neque ebrietatem, neque concubitum euitauit filiarum. † Adnotat Strabus, quomodo primos peccatores aqua diluuij exterminauit. Sogdomitæ verò grauiori ſupplicio ignis perditi ſunt. Licet enim illi grauiter peccaſſent, accipientes, quas elegerant, etiam matres in vxores, naturæ tamen modus adhuc in pluribus ſeruabatur. In ſcelere autẽ Sogdomitico omnis ſubuerſus eſt modus, forma, regulaque naturæ. Et ideo contra naturam peccantes, grauiſsimo ſupplicio affecti fuere. Sulphur quippe fętorem carnis, ignis verò ardorem carnalis deſiderij ſignificat. Et ideo, vt oſtenderetur grauitas ſceleris; qualitas apponitur vltionis. Sulphur enim fœtet; ignis ardet: Et ſulphure & igne pereunt Sogdomitæ: Vt ex iuſta pœna diſcatur, quòd illi iniuſtis deſiderijs patraſſent. Qui verò tantum afficiuntur ſancto Loth; vt omnem ab eo peccati maculam auferre conentur; animaduertant: † Quod ſupra eodem capite conceſſit ſiue obtulit ſtupro filias; quo à Sogdomitis parceretur hoſpitibus: Quæ res carere culpa nullo modo poteſt. Nam & ſi maius peccatum æſti-

Hieron.

Loth trib. modis accuſatur. Primo. Secundo. Tertio.

IIII. Strabus. Gen. 6.

Peccantes contra naturam quo ſupplicio puniendi ſunt.

Sulphur quid. Ignis quid.

Igne & ſulphure pereunt Sogdomitæ.

V. Gen. 17.

metur vitium Sogdomiticum ſtupro mulierũ; non licuit tamen illi ſine crimine offerre filias; & in peccatum conſentire. Quia dicit Apoſtolus: *Non ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona.* Nam charitas Dei ita ordinata eſt, vt nemini permittatur operatio minoris peccati pro maiori vitando. Nulla enim ſunt, ſiue corporalia, ſiue ſpiritualia commoda; quæ dilectionem Dei vel minuere, vel excedere debeant. Peccauit igitur eo caſu Loth in Sogdomis, ſicut cum filiabus in monte. Aliqua tamen parte tam offerendo filias, quàm cum illis concubendo exoneratur à ſcelere: quia perturbato animo exiſtens, magnam exiſtimauit hoſpitibus illatam iniuriam; & apparentem ſibi bonum finem proſtituit. Ebriuſque & ſui non compos ſtuprum non agnouit; quamuis ſe cum muliere cubare ſenſerit. Hæc autem propter nos adhuc ſcripta ſunt: vt cautè inter fœminas, etiam ſanguine coniunctas verſemur; & ab omni ſpecie mali, quoad fieri poteſt; caueamus.

Rom.3.

EXPLICATIO XXIII.

Orante autem Abraham ſanauit Deus, &c. Geneſ. 20. D.

SVMMAE.

I. *Maleficia & incantationes non ſunt maleficijs tollenda.*

II. *Abraham orauit pro Abimelech.*

III. Con-

III. Coniuges maleficiati quid facere debeant.
IIII. Coniuges effrenatè non luxurientur.

DISCANT hoc loco coniuges, † ſi aliquando ſuadente Diabolo fuerint per maleficia impediti, ne matrimonio vti poſsint, vel mutuus inter eos charitatis amor fuerit interruptus; aut ſi qua fuerit ſterilitas, vel quòd filij efficiantur imbecilles, & infirmi, per ſortiarias vel maleficas, ne conentur maleficia maleficijs, & incantationes incantationibus tollere. Hoc enim odit Deus, cui eſt odio impius & impietas eius Nec quidem maior poteſt eſſe iniquitas, quàm Deo relicto à Dæmone auxilium quærere. Sentit hoc Ochozias rex, cum ſuper infirmitate ſua non Deum verum Iſraël, ſed Beelzebub Deum falſum Acharon conſulere voluiſſet, & iuxta verbum Eliæ Prophetę mortuus eſt: vt legitur 4. reg. 1. ſed iuxta Domini conſilium Abimelech datum pro vxoris & totius domus & familiæ eius fœcunditate, ſacerdotes ſanctos & Eccleſiæ miniſtros faciant, Deum precari, qui Dæmonum oppreſsione depreſſa ſanitatem reſtituet. Sic præcepit Dominus Abimelech, vt faceret Abraham (quia Propheta eſſet) orare pro ſe, & viueret: Qua de re in fine cap. 20. Gen. concludiutr per hæc verba: † *Orante autem Abraham, ſanauit Deus Abimelech, & vxorem, ancillasque eius, & pepererunt: concluſerat enim Dominus, omnem vuluam domus Abimelech propter*

E.

Impius & impietas eius eſt Deo odio.

Exemplum Ochoziæ.

4 Reg. 1.

Exemplum Abimelech.

II.

Saram vxorem Abrahæ. Placuit hîc diuo Igmari Remenſis Archiepiſcopi verba ſubſcribere: Si per ſortiarias, inquit, atque maleficas artes occulto, ſed nunquam iniuſto iudicio Dei permittente, & diabolo præparante, concubitus non ſequitur; Hortandi ſunt, quibus iſta eueniunt, vt corde contrito, & ſpiritu humiliato,

Igmar. Archiepiſ. Remen.

III. Deo † & ſacerdoti de omnibus peccatis ſuis puram confeſsionem faciant, & profuſis lachrymis, & largioribus eleemoſynis, & orationibus, atque ieiunijs Domino ſatisfaciant, & per exorciſmos, ac cætera eccleſiaſticæ medicinæ munia, miniſtri Eccleſiæ, tales (quantum Dominus annuerit, qui Abimelech, ac domum eius Abrahæ orationibus ſanauit) ſanare procurent: & referuntur 33. q. 1. can. Si per ſortiarias. Et præcipuè dicti coniuges videant, ne per effrenatas carnis voluptates Deum offendant, & veluti equus & mulus, quibus non eſt intellectus, in proprias exardeſcant vxores, ſed meditentur aſsiduè Angeli Raphaëlis monita; quæ Tobiæ, cum iniret coniugium cum Sara filia Raguelis dederit: Tunc (inquit Angelus Raphaël Thobiæ) Audi me, & oſtendam tibi qui ſunt, quibus præualere poteſt Dæmonium. Hi nanque, qui coniugium ita ſuſcipiũt, vt Deum à ſe, & à ſua voluntate excludunt, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut æquus & mulus, quibus non intellectus, habet poteſtatem Dæmonium ſuper eos. Tu autem, cum acceperis eam ingreſſus cubiculum per tres dies continens

Geneſ. 20.
Exponitur propoſitio

Maleficiatorum medicinæ.

nens

nens eſto ab ea, & nihil aliud, niſi orationibus cum ea, &c. Et infrà: Tranſacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore Domini amore filiorum magis, quam libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ benedictionem in filijs conſequaris, Thobiæ cap. 6.

EXPLICATIO XXIIII.
Ego ſum Eſau filius tuus, &c. Gen. 27.

SVMMAE.

I. *Mentiri non licere, defendit Auguſtinus.*
II. *Mendacium omne eſſe peccatū, definiunt Theologi.*
III. *Homini perfecto, an liceat mentiri pro ſeruanda vita.*
IIII. *Mentiri, & mendacium dicere diuerſa ſunt.*
V. *Iacob quomodo non mentitus eſt, dicens, ſe eſſe Eſau.*
VI. *Abraham quomodo non mentitur, dicēs, Saram eſſe ſororem.*
VII. *David quomodo mentitur coram Abimelech ſacerdote.*

SCRIBITVR Geneſ. 27. cap. *Iacob fraudulenter mendaciterq́; benedictionē ſpatris ſui Eſau à patre Iſaac ſubripuiſſe,* in illudque mendacium matrem etiam Rebeccam non conſenſiſſe modò, ſed id quoque præcepiſſe. † Hinc quæritur, an viro probo vtilitatis ſuæ, vel alterius cauſa liceat mentiri? Equidem Geneſ. 27. Exponitur propoſitio I.

Hieron. in epi. ad Gal. dem Hieronymus in epiſtola ad Galat. verba illa: Reprehendi eum, quia reprehenſibilis erat: pertractans cenſuit, non abſurdum videri, ſi tempore congruo, aſtringenteque neceſsitate ſimuletur. Huiuſq; rei illuſtrium virorum

Hieu Rex Iſrael. producit exempla. Nam Hieu rex Iſrael, cùm non poſſet ſacerdotes Baal interficere, niſi ſe

3. Reg. 16. finxiſſet velle idolum colere: Congregate mihi (inquit) omnes ſacerdotes Baal, ſi enim Achab ſeruiuit Baal in paucis, ego ſeruiã in mul-

1. Reg. 21. tis. Et etiam Dauid mutauit faciem ſuam co-

Galat. 2. ram Achis, & dimiſit eum. Paulus quoque Pe-

Actor. 16. trum nullius culpæ reum, vt Iudæos Chriſto

Actor. 21. lucrifaceret, ſimulatè reprehendit, Et Timotheum circuncidit. & poſtremò ipſe tonſo capite oblationem obtulit in Ieruſalem. Eſt ergo Hieronymi ſententia, licere probis viris (ſi id videant profuturum) ſimulare. Ante Hiero-

Orig. in 6. lib. ſtromateon. nymum Origenes in 6. lib. ſtromatum idipſum ſenſit, Platonis lib. de Republica ſecutus ſen-

Plato de Republ. tentiam. Vt ſi neceſsitas mentiendi incubuerit, adhibenda ſit ſimulatio, inſtar condimenti

Simulare quoniam liceat probis viris. & medicaminis, ſeruando menſuram eius, nec excedendo terminos prudentiæ. Sic enim ſancta Iudith prudẽti ſimulatione vicit Holopher-

Iudith. 12. nem, & Heſter diu tacita gentis ſuæ veritate,

Heſter. 14. Arthaxerxis ſententiam correxit: & Iacob be-

Gen. 27. nedictiones patris artificioſo impetrauit mendacio. Itaque ſi mentiendum fuerit, non niſi ob eam cauſam, quod magnum aliquod bonũ nobis quæratur, eſt mentiendum. Hanc fermè

ſen-

ſententiam Chryſoſtomus 1.lib.de ſacerdotio, circa finem, multis exemplis tutatur. Quoniam inquit, laudabilius eſt, Imperatores fraude hoſtes viciſſe, quàm armis. Et medici ſimulatis remedijs, ad ſanitatem ægros perducunt. Sed & Moyſes per deceptionem Ægyptios ſpoliauit. Michol decepto Saule, liberat à morte Dauidem: Et iterum hom.53.in Geneſim, exponens verba illa. Ego ſum Eſau primogenitus tuus, apertè aſſerit, Iacob fuiſſe mentitum, ſed mendacium vitio verti non debere: quia non temporale commodum, ſed patris benedictionem quæſiuit.

Chryſ lib. 1. de ſacerdotio. Exod. 12. 1. Reg. 19. Chryſ. ho. 33. in Gen. Geneſ. 27.

Auguſtinus autem libro de mendacio ca. 2. prædictam ſententiam omnino damnat, & doletque, aliquando à Hieronymo defenſam; vt in epiſtola ad eum conſcripta teſtatur. Mihi enim (inquit) videtur exitioſiſsimum, credi, eos homines, per quos nobis diuina Scriptura miniſtrata eſt, atque conſcripta; aliquid fuiſſe mentitos (De ſimulatione enim Pauli & Petri, quam fingit Hieronymus, loquitur.) II.

Sed Innocentius huius nominis Papa Tertius tit. de vſur. cap. ſuper eo, interrogatus; An pro redimendis captiuis, liceat vſuras exercere? Reſpondit, Quòd cùm Scriptura ſacra prohibeat pro alterius vita mentiri, multò magis prohibendus eſt quis, ne etiam pro redimenda vita captiui, vſurarum crimine inuoluatur. Hic ab Innocentio manifeſtè definitur, non licere mentiri pro vita alterius ſeruanda:

An pro redimendis captiuis liceat vſuras exercere.

Mentiri nō licere pro alterius vita ſeruāda.

quo-

quoniam neque pietatis prętextu impietas eſt
Epheſ. 4. committenda. Nam Apoſtolus in epiſtola, quę eſt ad Eph. 4. prohibens mendacium, ait: Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem membra. Et in epiſtola ad
Coloſ. 13. Coloſſ. eadem repetens, inquit: Nolite mentiri inuicem, expoliãtes vos veterem hominem cum actibus ſuis. Ac ſi explicatius dixiſſet, veterem hominem expoliare, & nouum induere poteſt nemo, ſi mendacium ſectetur, veritatemque non colat. Vetus enim homo à mendace diabolo ſeductus, in nouum renouari hominem nequit, niſi veritati, à qua eſt liberatus,
Pſal. 14. adhæreat. Dauid quoque hominem in tabernaculo & in mõte ſancto Dei habitaturum deſcribens, ait: Qui loquitur veritatem in corde ſuo, & qui non egit dolum in lingua ſua. contrà verò de loquentibus mendacium alio Pſalmo
Pſal. 5. 5. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.
Eccleſ. 19. Et Eccleſ. 19. generatim de omni mendacio, ita ſcribit: Noli velle mentiri omne mendacium: Quamobrem determinationem Innocentij, conformem ſanctæ Scripturæ videntes Theo-
Definitio logi ſcholaſtici, citra controuerſiam definiunt,
Theolog. † non modò omne mendacium eſſe peccatum,
III. ſed etiam officioſam ſimulationem & fraudem ad mendacij crimen pertinere. Siue enim quis verbo, vel facto, iuuandi, vel lædendi cauſa mentiatur, omnino mendax eſt, & omne mendacium, aut peccatum eſt, aut non abſque peccato

cato exercetur;qua de re recte ſentiunt hi, qui pro nulla re,neque etiam pro vita hominis ſeruanda,aut magno beneficio impendendo,mẽdacium dicere Chriſtianis licere, affirmant. Si enim omne mendacium vitari debet, vt dicit Eccleſiaſticus, & qui loquuntur mendacium, perduntur,vt ait Pſaltes,& non renouantur in nouum hominem, vt inquit Apoſtolus, rectè colligitur, nulla occaſione fore mentiendum. Hæc autem Iſidorus lib. Synonymorum, ſtrictius perſtringens,ait: Omne genus mendacij ſummopere fuge,nec caſu,nec ſtudio loquaris falſum;nec etiam, vt præſtes, mentiri ſtudeas, nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas, caue mendacium in omnibus. hactenus Iſidorus.Horum autem omnium rationem,ſi petas, ea eſt:Quoniam os,quod mentitur,occidit animam, vitamque amittit beatam. Temporale autem commodum,ſiue corporis vita,æternis vitæque beatæ nullo modo comparari poteſt. Nunquam ergo pro cuiuſcunque vita temporali ſeruanda Chriſtiano mentiendum erit.

Pſal 5. Coloſſ 3. Iſidor. lib. ſinonymorum. Mendacij genus omne fugiendum.

Porro B. Auguſtinus ſuper Pſalmum quintum,quærens, † Num homo perfectus, occaſione temporalis vitæ conſeruandæ poſsit abſque culpa mendacium dicere; controuerſiam his verbis definiuit : Ne quis arbitretur perfectum & ſpiritualem hominem, pro iſta temporali vita, in cuius morte non occiditur anima, ſiue ſua, ſiue alterius, debere mentiri; Sed,quoniam aliud eſt mentiri; Aliud eſt verum

IIII.

Mentiri. Verum occultare.

rum

Falſum dicere, & verum tacere non idem.

rum occultare;Siquidem,aliud eſt falſum dicere;Aliud eſt,verum tacere: Vt ſi quis fortè vel ad iſtam viſibilem mortem non vult hominem perdere; paratus eſſe debet, verum occultare, non falſum dicere;vt neque perdat,neq; mentiatur, ne occidat animam ſuam pro corpore alterius. hæc Auguſtinus.

V. Cùm ergo iuxta doctrinam Auguſt. † Aliud ſit mentiri,aliud verum occultare, & aliud falſum dicere, aliud verum tacere: Conſequens eſt mentire & falſum dicere,licuiſſe nunquam, occultare autem veritatem, ac verum tacere, plerunque vel licet, vel leuioris eſt culpæ. In his igitur,quæ mendacij à magnis viris,Hieronymo,Origene,Chryſoſtomo afferuntur exẽplis, Patres ij, vel veritatem occultarunt, ſiue verum tacuerunt, vel mentiti ſunt, falſumque dixere. Primi autem omni caruere culpa, aut leuem contraxerunt. Secundo peccauerunt omnino. Neque adeò excuſandi ſunt Patres veteris teſtamenti à mendacio, vel peccato. Cùm nõ modò eos leui culpa,ſed mortali quo-

2.Reg. 11. que peccaſſe compertum ſit; Vt Dauid, qui adulterium in Berſabeam; & homicidium in eius virum Vriam commiſit. Patriarchæ e-

Geneſ. 37. tiam filij Iacob, odio inuidiaque permoti, vendiderunt Ioſeph fratrem ſuum in Aegypto.

Gen. 27. Iacob quomodo Eſau.

Cum ergo Iacob, qui ſe eſſe fratrem Eſau, mentitus eſt patri, profertur, dicendum eſt, eum, licet verba dixerit mendacij,† mentitum

VI.

tamen

tamen non fuiſſe. Nam etſi non erat Eſau in perſona; erat tamen (quo ad ius primogenituræ attinet) officio & dignitate. Nam ei benedictio, ſimul & hæreditas, competebat: Vnde, quando dixit: Ego ſum Eſau primogenitus tuus, quantum ad dignitatem primogenituræ quam illi contulerat Deus, dixit verum & patrem minimè decepit: Quo elocutionis modo vſus eſt Chriſtus Matthæi vndecimo, de Ioanne Baptiſta dicens: Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias: Erat enim, officio, non perſona, Elias. Quod ſi pater diuina reuelatione non intellexiſſet: haud dubium, comperto mendacio, retraxiſſet benedictionem. Elocutionis modus quo vſus eſt Chriſt. Matth. 11.

Abraham quoque Saram ſororem ſuam eſſe dicentem, † verum celaſſe, non mendacium dixiſſe arbitratum eſt; Soror quippe ſua erat, quoniam ſanguine coniuncta: vxorem tamen ſuam non negauit, ſed celauit, & ſubticuit; & ideo non eſt mentitus. Sanè ad hanc regulam occultandi, non negandi veritatem referri poſſunt Moyſi, Iudith, Dauidis, & Petri ſimulationes. Hi enim requiſiti nunquam veritatem negaſſent, quamquam ſtudioſè illam occultarunt. VII. Geneſ. 20. Sara, quomodo erat ſoror Abrahæ.

Sed Dauid coram ſacerdote Achimelech, † & Michol, & Ionathas coram Saule, pro ſalute Dauidis, abſque dubio peccauerunt mentiendo; Scriptura autem cum eos laudat, non ob eorum mēdacia commendat; ſed pietatem, fidem aliaſque virtutes, quibus pollebant, VIII. 1. Reg. 21. 1. Reg. 19.

extollit. Si quis ergo ad te cōfugerit, qui à mor te mendacio tuo poſsit liberari, non es mentiturus. Quoniam os, quod mentitur, occidit animam; ei tamen aut tacēdo, aut occultando veritatem piè poteris auxiliari.

Os, quod mentur, occidit animam.

EXPLICATIO XXV.

Traductiſque omnibus, quæ ad ſe, &c. Geneſ. 32. E.

SVMMAE.

I. Angelus luctans cum Iacob, quis fuerit.
II. Lucta Iacob qualis fuerit, corporalis, vel ſpiritualis.

Geneſ. 32. I. Hebræorũ opinio ſecundum Lyranum.

EXISTIMANT Hebræi (referente Lyrano) Angelum, qui tota nocte luctabatur cum Iacob, fuiſſe Angelũ bonum, cuſtodiæ Eſau deputatum. Qui minus adhuc intelligens benedictiones, quas à patre obtinuerat Iacob, ad eum diuina ordinatione pertinere; conabatur à tranſitu illum impedire; ne eas, & primogenita Eſau obtineret. Nec mirum, ſi ignorante Angelo Eſau, Rebeccæ & Iſaac fuerit reuelatum, quòd maior ſeruiet minori; primogenitamque domus Iſaac, non ab Eſau, ſed à Iacob poſsidendam. Multa enim reuelantur à Deo hominibus; quæ quidē Angeli ignorant. Alij verò ab hac Hebræorum interpretatione diſcedentes; Cum Angelo, qui ad tuitionem Iacob, rerumque ſuarum datus erat, ſpiritualiter dicunt eſſe luctatum. Nam time-

Exponitur propoſitio Geneſ. 27. Hebr. 11. Multa à Deo reuelantur hominib. quę angeli ignorant.

timenti Iacob vires Eſau, parumq; diuino auxilio fidenti, apparet Angelus arguens, & reprehẽdens illius diffidentiã. Cumque fingeret abire, velleque eum relinquere; vehementi oratione à Iacob retinebatur. Huius porrò ſentẽtiæ patronum faciunt Hieronymum ſuper Iſaiam cap. 49. dicentem: † Cum Angelo Iacob oratione, non manibus luctabatur; lucta igitur illa ſpiritualis inter Angelum relinquentem Iacob & ipſum orantem, creditur. Aduerſatur autem opinioni, quòd Angelus tetigit neruum fœmoris, & emarcuit, vt poſtea claudicaret. Lucta ergo non ſpiritualis, ſed corporalis videtur. Alijs autem placet vtranque ſpiritualem & corporalem luctam complecti. Nam arguentem Angelum fingentemque diſceſſum, & recuſantem auxilium, & profectionem, propter illius erga Deum diffidentiam, Iacob inſtanti, vehementique oratione retinebat. Poſtea verò videns Angelum abire volentem; manu appræhendit; eumque retinere in eius auxilium conabatur: Et hæc erat corporalis lucta; ſicut illa ſpiritualis. Figurabatur verò ea lucta victoria, quam contra Eſau erat habiturus. Vt quomodo ſupra Angelum inualuiſſet; ita ſuperaturus eſſet Eſau. Hinc fit, quod Angelus permiſit ſe à Iacob ſuperari, quò intelligeret, ſi contra Deũ fortis fuit, quanto magis hominem, id eſt Eſau eſſet ſuperaturus. Cùm vero ipſo Deo, non Iacob victoriæ fortitudo eſſet deferenda, tetigit Angelus fœmoris illius neruum, & emercuit,

Hiero. ſuper Iſaiam 11.

Figura huius luctæ. Gen 32.

clauduſq; factus eſt: Vt hinc hominis imbecillitas, & illinc Dei virtꝰ, & auxiliũ manifeſtaretur.

Porrò Beatus Hieronymus verba Pauli in epiſtola ad Epheſ. 6. Quoniam nõ eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem, & carnẽ, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in Cœleſtibus, explicãs ait: In medium exempla protulimus (de tentationibus Dæmonum loquitur) vt retundamus eorum opinionem, qui putant omnia vitia eſſe carnis, & ſanguinis, & nullam habere Dæmones poteſtatem, vt nos incitent ad peccatum. Talem Luctationem, & Iacob putamus fuiſſe, quod ſcilicet, non aduerſum carnem, & ſanguinem contenderit, quando remanſit ſolus, & luctabatur cum eo homo, adiuuans eum, & corroborans aduerſus alium ſudore nimio dimicãtem. Et ſimul vide, ne fortè ridiculi ſint, qui arbitrantur in ritum luctantium tota nocte Iacob luctatum. Quid enim grãde ſ (vt illi aiunt) luctans, aut ſuperauit aut victus ſit? Sed iuxta rationabilem, & conuenientem Patriarchę luctam, talem illi colluctationem fuiſſe credendum eſt, qualem hi habent, qui poſſunt dicere: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem. Ex his igitur apparet Hieronymi opinionem fuiſſe, luctã Iacob ſpiritualẽ fuiſſe, eumq; cum Dæmone concertantem, auxilio boni Angeli ſibi aſsiſtentis viciſſe: quoniã nihil magni eſſet, ſi corporaliter luctans ſuperaſſet, ſiue victus fuiſſet, rationabiliorq;, & tanto Pa-

Hierony. in epiſt. Paul. ad Eph. 6.

Opinio falſa de tentationibus. Dæmones incitant homines ad peccandum.

ad Eph. 6.

triarchæ conuenientior lucta cenſetur ſpiritualis quam corporalis: Hunc autem locũ pertractans Origenes lib.3. periarcon, docuit Iacob ſpiritualiter, & cum Dæmone luctatum; auxilioq; boni Angeli ſibi aſsiſtentis luctam viciſſe: Alius quippe erat Angelus, qui cum Iacob, & alius q aduerſus Iacob luctabatur. Vnde apud eum certum eſt contra aliquam illarum virtutum, quas meminit Paulus concertatum fuiſſe: Quæ autem harum opinionum verior ſit, diſquirat lector.

Orige.li.3. periarcon idẽ ſentit.

Angeli duo vnus cum Iacob alius cõtra

EXPLICATIO XXVI.

Angelus qui eruit me de cunctis malis. &c. Geneſ.48. C.

SVMMAE.

I. *Nomina Iacob, & Patrum inuocantur ſupra Ephraim, & Manaſſe.*

II. *Nomen Iacob, quare dixerit inuocandum.*

III. *Sãctos inuocandos, recte definiuit Eccleſia.*

IIII. *Chryſoſtomi verba contra interceſſionẽ ſanctorum exponuntur.*

V. *Sanctorum inuocatio quibus proſit.*

QVI triunphantẽ Eccleſiã à militanti ſe parant, beatoſq; ſpiritus nihil viuentibus, vel meritis, vel interceſsiõe opitulari docẽt, his verbis Iacob maxime torquẽtur. Inquit.n. *Et inuocetur* † *ſuper eos (ideſt, ſuper Ebraim, & Manaſſe filios Ioſeph) nomẽ meũ, nomina quoque patrũ meorũ Abrahã, & Iſaac, & creſcant in multitudinem ſuper terram.* Quo-

Gen.48. I.

Nomina & merita ſanctorum plurimum apud deū valere.

niam manifeſtè docet, merita, & nomina ſanctorum plurimum pro adiuuandis hominibus apud Deum valere. Benedictionemq; mereri ſuper terram. Nam peto, quid cauſæ eſt, † qd' Patriarcha Iacob nomen ſuum patrumq; ſuorū

II. velit ſuper filios inuocari? An vt illis, qui fœlices ſunt, immortalemque vitam poſsident, benefaciat? Fortè dicent: Nomina patrum ob id inuocāda ſuper filios, quod nominibus, domus

Mos gentium.

& tribus forent appellandi: Sed is eſt mos gentium; qui domorum ſucceſsionem non populi vnius ſub vno Deo propagationem quærebant. Neque Iudæi dicti ſunt ab Abrahā, Iſaac, aut Iacob, Abrahamitæ, Iſaacitæ, Iacobitæ, ſed Iudæi. Aut etiam dicent, quòd ſuper hos tantū filios Iacob, & patrum nomina inuocarentur:

Moyſes opinioni cō tradicit huic. Exod. 32.

Sed huic quoque contradicit Moyſes, qui (Abraham, Iſaac, & Iacob inuocatis nominibus) iram Dei ſuper vniuerſum populum, nedum ſuper tribum Ephraim, & Manaſſe, placauit,

III. miſericordiamq; eſt conſecutus. Cauſam itaq;

Cauſa vera cur talia nomina inuocantur.

eā eſſe oportet, vt meritis patrū, † quibus promiſerat Deus, ſe filijs benedicturum; iuuarentur, benedicerenturque. Quam ob rem, rectè, ſanctèque cenſuit Eccleſia, Deum per merita Chriſti, Apoſtolorum, ſanctorumq; eius, & propter promiſsiones illis in nouo teſtamento exhibitas, eſſe inuocandum.

Lutherani Caluiniſtæ & ſectatores Ioan.

Lutherani, & Caluiniſtæ hæretici Ioannem Vuitcleph eorum magiſtrum ſecuti, contra interceſsionem ſanctorum Chryſoſtomū homil.

de

de profectu euangelij (eos qui ad ſanctorũ patrocinia recurrunt) damnantem producere ſolent. Verba Chryſ. ſunt: Cęterum non opus tibi patronis apud Deũ, neque multo diſcurſu, vt blandiare alijs, ſed licèt ſolus ſis, patroniſq; careas, & per te ipſum Deũ depreceris, omnino tamen voti compos eris. Neq; enim tam facile Deus annuit, cùm alij pro nobis orant, vt cùm ipſimet oramus, etiam ſi plurimis pleni ſimus malis. hæc Chryſ. Vide ergo inquiunt, bone lector, quam errẽt Papiſtæ, qui Deo relicto à ſanctis ſuffragia poſcunt. Attende quàm impiè faciant, cum ſanctis quibuſdam, quos ſibi patronos elegerunt, porrectis precibus, vel Deum adire negligunt, vel à ſanctis nõ à Deo beneficia obtinere præſumunt. Contra verò ſanctus & doctus Chryſ. docet orõnibus Sanctis porrectis potius impediri orantẽ, quàm adiuuari; & magis Deum exaudire orantem ſolum, quàm ſanctorum ſuffragijs comitatũ. Sed audi, quid paulo poſt idem Chryſ. dicat: Vis diſcere, qđ etiam per nos ipſos orantes apud Deum plus efficimus, quàm dũ alij pro nobis orant; clamauit Chananea, & vt acceſſerunt diſcipuli dicũt: dimitte eam quia clamat poſt nos. Et ad illos quidem dixit: Non ſum miſſus niſi ad oues domus Iſrael. Quando autem ipſamet acceſsit, & perſeuerauit clamans: Domine etiam catelli edunt de menſa dominorum ſuorum; Tunc beneficium dedit: & ait. Fiat tibi ſicut vis. Vides quomodo repulit cũ alij precarẽtur. Vbi verò

Vuitcleph Chryſ de profectu Euang.

Iacblum hæreticorum.

Matth. 15.

ipſamet pro dono clamauit, annuit. hactenus
Heb. 4. Chry. Quis igitur eſt, inquiũt, qui nõ videat ve
Preces & ſanctorum ſuffragia viuentibus proſunt. teris eccleſiæ doctores, nõ agnouiſſe preculas,
quas Papiſtę ex eorum cerebro, & turpis lucri
gratia cõpoſuerunt Sanctis offerẽdas? Te docet
quiſquis es B. Pau. cũ ait: Adeamus cũ fiducia
Admonetur lector. ad thronũ miſericordiæ eius, vt gratiam inueniam⁹ in tẽpore oportuno. Quare De⁹ eſt orã-
Propoſitio Chryſo. quomodo declarãda ſit. Chryſ. hom. 43. in gen. dus, ſancti verò in eorũ requie, & pace relin-
quẽdi. &c. Verũ ſanctorũ p̃ces, eorumq; ſuffra
gia, poſſe viuẽtibus auxiliari, cũ hic locus tum
alij plurimi, quos Deo adiuuãte, ſuo loco expli
cabimus, apertè oſtendũt. Caue aũt lector, ne
propter verba Chryſ. in hęreticorũ labaris er-
IIII. rorẽ. † Quippe Sanctorũ imploratio vbique ab
eo acerrime defenditur, potenterq; ſuadetur;
prædictis autẽ verbis eos taxat, qui ad ſanctos
tantum, Deo relicto, currunt, & qui poſtquam
ſanctos orauerint, ocioſè viuunt, ſecure dormi
unt, nihilq; pro ſua ſalute quærenda conantur.
Nõ ergo ſanctorũ orationes abijcit, ſed arguit
eos, qui toti pendent à ſanctis. Hũc autem eſſe
Chryſoſtomi ſenſũ declarauit ipſemet homil.
43. in Geneſim, quãdo, inquit: Quod ex nobis
eſt, ſimul afferimus, & accedit interceſſio, ſan-
ctorum, plurimum nobis confert. Quòd ſi ipſi
Interceſsionẽ ſanctorum eſſe neceſſariã. negligentes fuiſſemus, & ſpem in illis ſolis col-
locauerimus noſtræ ſalutis, nihil amplius no-
bis prodeſt. Non quod infirmi ſint iuſti, ſed
quia propter noſtrã deſidiam nos ipſos perdi-
mus. hæc Chryſ. Vtrunque profectò quod di-
cebamus his verbis cõplexus eſt Chryſoſto-

mus.† Sanctorum videlicet interceſsionem eſſe neceſſariam oſtendens, & illis non prodeſſe, qui deſides, & ocioſi ſalutem non curãt. Rurſus homel. in Mattheum. 8. quomodo ſanctorum præces hominibus proſint demonſtrans, inquit: Hæc autem dicimus, non vt pro peccatoribus ſupplicandũ eſſe ſanctis negemus; ſed ne noſmetipſos in otium, ac deſidiam reſoluamus, & dormientes ipſi alijs tantummodo noſtra curanda mandemus. huculque Chryſoſtomus. Quam ob rem in verbis Chryſoſtomi maximè allucinantur hæretici: quandoquidem ille non damnat à ſanctis ſuffragia petentes, nõ arguit qui ſibi ſanctos ad impetrandum coniũgunt: Sed potiſsimum ſtringit illos qui à ſanctis ocioſi pendent, & qui ſanctos tantùm, nõ ipſi orare volunt, & qui vitia ſectantes, & ſcelera molientes, putãt ſanctorũ ſuffragijs adiuuari. Romana vero Eccleſia à ſpiritu Sancto edocta, has hominũ opiniones execratur: & docet ſuos fideles à Deo omnis boni authore beneficia fore petẽda, ſimulq; docet sãctos viuẽtiũ dici coadiutores, pariterq; vult, vt deũ ꝑcipuè exorãtes, nobiſcũ etiã sãctos deprecari curemus.

Chryſ. in Matth. c. 8. V.

Hæretici allucinati & in verbis Chryſ. Romanæ eccleſiæ doctrina.

EXPLICATIO XXVII.

Et quia timuerunt obſtetrices Deũ. &c.

Exo. 1. D, *SVMMÆ.*

I. Obſtetricibus Aegypti, qũo ædificatæ ſunt domus.

II. Obſtetrices Aegypti quare mentitæ ſunt.

III. Bonitas Dei erga obſtetrices Aegypti.

IIII. Opera peccatorum remnerantur à Deo.

V. *Peccatores bona opera non derelinquant.*
VI. *Peccatores indulgentias frequentent.*
VII. *Opera facta in peccato mortali, temporalium remuneratione compenſantur.*
VIII. *Opera facta in peccato mortali Dæmones compeſcunt.*
IX. *Opera in mortali facta mitiorem pœnam obtinent in Inferno.*

Exod. 1. MIRVM fortè cuipiam videri poterit, Quomodo mentientibus obſtetricibus benefecerit Deus, eiſq; domos ædificarit? † Videtur enim eum non
I. modo fauiſſe mendacio, ſed dignum quoque
Exponitur propoſitio præmio iudicaſſe, ait enim Moyſes, *Timuerunt autem obſtetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Aegypti, ſed conſeruabant mares. Quibus accerſitis ad ſe Rex, ait: Quid nam eſt hoc quod facere voluiſtis, vt pueros ſeruaretis? Quæ reſponderunt, Non ſunt Hebrææ ſicut Aegyptiæ mulieres; ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & priuſquam veniamus ad eas, pariunt. Bene ergò fecit Deus obſtetricibus. Exo. 1.* Hieronymus ſuper Iſa. intelligit, propterea domos obſtetricibus
Hierony. ſuper Iſa. Deũ ędificaſſe, quod fidem, & gratiã infundẽs; Deũ Cęli cognouerũt, ſaluæq; factæ ſunt, Aug. verò domorum ædificationem ad diuitias huius ſeculi, & ad rei familiaris idoneas faculta-
Gen. 30. tes refert. Simileque exiſtimat, quod ait Iacob ſocero ſuo: Nunc ergo quando faciam & ego mihi domum? Intelligens nimirum, quod

quo-

quomodo auctæ fuerant facultates Labani: ſic & augeretur Iacob, vt domũ poſsideret. Aug. ſententię adhęret Greg. cum ait: Pietatem obſtetricum quæ mercedem vitæ æternæ habere non potuerunt pro culpa mendacij, bonis terrenis fuiſſe compenſatam. † Amore enim præſentis vitæ conſeruandæ, mentitæ ſunt, non intentione cœleſtis mercedis. Pepercerunt namque vitæ infantium, eo quod timerent Deum, Mentitæ verò ſunt ne ipſę occiderentur à Pharaone. Sed Lyranus vtranq; complectitur expoſitionem: propter pietatem enim quam erga pueros habuerunt, & propter diuini timoris reuerentiam; diuina eſt eis collata gratia; qua ſaluari poſſent. Et ideo eis domus ædificantur ſpirituales. Rurſus illæ ad cultum vnius Dei conuerſæ, domos temporales conſequuntur, cum inter maiores in populo Iudæorum promotæ cenſentur: Sicut Raab exploratores ſuſcipiens, fidemq; hebræorum amplexa, Salmon Principi tribus Iudæ, matrimonio copulatur. Et Achior ad fidem Iudæorum receptus, promouetur in populo. †Hinc Dei bonitatem, liberalitatemq; admiremur, qui obſtetricibus adhuc infidelibus, quoniam pietatem erga pueros Hebræorum exercuerant, & Deum timẽtes ab homicidio cauerant, duo præcipuè bona largitur; temporale videlicet, & ſpirituale. Spirituale quidem, quia bonis illis operibus ad iuſtificationis gratiam præparantur. Temporale verò, quoniam rerum facultatibus au-

Greg. cum Augu. cõcurrit.

II. §

Lyranus cõplectitur vtranq; expoſitionẽ.

Exemplum Raab. Ioſue 2. Heb. 11.

III. Matth. 1. Iudith 5.

Deus obſtetricibus duo bona largitur.

IIII. Bonum tẽporale & ſpirituale. Operũ bonorum remuneratio

ctæ ſunt. †Ex quibus manifeſtum fit, vera eſſe, quæ à Theologis ſcholaſticis de bonorum operum remuneratione aſſerũtur. Adeo n. magnã tamq́; maximã Dei bonitatẽ exiſtimãt; vt neq; bona opera peccatorũ ſine recõpenſatione relinquat. Sũt autem illæ plures, verum duæ hic, quæ præcipuè ſunt, referũtur: Prima eſt, quòd illa peccatorem opera ad gratiam Dei ſuſcipiendam diſponunt, aptumq́; faciunt. Quam ob rem Gregor. non pœnitentes peccatores ad bona opera facienda his verbis hortabatur: † Ne tamen deſperet; interim quidquid boni poterit facere, hortamur, vt faciat; vt omnipotens Deus cor illius illuſtret ad pœnitentiam. De his enim loquitur, qui neque perfectam agunt pœnitentiam; neque omni ex parte dimittentes peccata, adhuc in odio Dei perſeuerant. de Pœnit. diſt. 5. can. falſas. Alexander Alenſis, Greg. ſecutus lib. 4. Summæ, conſulit peccatoribus, qui nondum parati ſunt deuicta relinquere, vt ſaltem ſemel in anno ſecundum Eccleſiæ ſtatutum ſacerdotem confeſſarium adeant; & ei peccatis pro more in confeſsione expoſitis, dicant; Pater hæc peccata adhuc derelinquere nõ propoſuimus: ſed tu ora pro nobis ad Deum. Hac (inquit ille) humilitate poſſibile eſt, cum qui credebat mali propoſitum mutare non poſſe, tantam à Deo conſequi gratiam: vt mutetur in alterum virum: & de non contrito, fiat contritus: hærentiaque peccata relinquat. Riccardus ſuper 4. Sẽtentiarum diſt.

Primo.

Gregor. V.

De pœn. diſ. 5.

Alex. Alenſis, lib. 4. ſummæ,

Peccator de non cõtrito poteſt fieri contritus.

Riccar. ſuper 4. ſent. diſt. 20.

diſtinct.20.quærens; Num indulgentiæ pœnarumque relaxationes exiſtentibus in mortali peccato prodeſſe poſsint; Reſpondet: Quanquam fieri nequeat, vt remanente culpa, pœna remittatur: & idcirco mortali peccato inuoluti, indulgentias non conſequantur: † Rectè tamen, prudenterque facient; ſi quod continetur in forma indulgentiæ, exequentur. Bona quippe facta in mortali peccato, ſaltem de congruo peccatorem diſponunt ad pœnitentiam; & ea mediante, per diuinam miſericordiam ad gratiæ ſuſceptionem, remiſsionemq; peccatorum. † Secunda, quòd peccatores bene tamen operantes, etſi cœleſtia bona conſequi nō poſſunt, temporalibus tamen bonis præmiantur. Propter hæc nanq; Deus fertiles agros, armenta fœcunda, fructus vberes, amicorum copiam, honeſtam familiam, ſanitatis lætitiam, honoriſque excellentiam, & alia his ſimilia tribuit. Cuius rei teſtes ſunt rapaces diuites, ſacrilegi homines, aliorum bonorū raptores; qui in huius ſeculi rebus magis vidētur exaltari, quàm quique pij, boniq; homines. Id.n.agit Deus, vt qđ in cœlis præmiare nequit, ne tamen bonum aliquod irremuneratum prætereat, recompenſet in terris. Hinc ſacrilegi, ſceleſtiq; peccatores, q ſtatim eorū demerētibus peccatis, vita, aura, & terra priuari deberēt, feruntur à Deo, tolleranturq;. Non.n. pijſsimus ille Pater peccata tantū pōderat, ſed bona quoq; opera cōſiderat, & ſuſpendēdo mala, quę in pręſenti vita merentur,

VI. Bona facta in peccato mortali an proſint.

VII. Secunda remuneratio.

Deus conſiderat opera peccatorum bona.

VIII. ad pœnitentiam expectat. † Hinc quoq; Dæmonum nocendi voluntatem compeſcit, nec tantum eos agere contra homines, quantum vellent, permittit. Nam cùm inter peccata, bona opera interſeruntur: Dæmonum audacia frænatur: vt ne tantam offendendi, ſicut ſine operibus bonis haberent, exerceant poteſtatem. Cuius rei teſtimonium, referente Gregorio, dialogorum libro, eſt Iudæus: qui cum ſe nocturno tempore in templum idolis conſecratum recepiſſet, Dæmonumque ibi vidiſſet multitudinem, ei nocere cupientem; ſigno crucis munitus, ita terruit eos, atque fugauit, vt nec vllam ei potuerint inferre moleſtiam. Profectò ſceleſti peccatores, ni bona opera quædam haberent, quæ Deus ſua clementia reſpicit, ſtatim vel mergerentur aquis, vel ſuffocarentur in aëre, vel abſorberentur à terra, aut ſubita, & momentanea morte perirent. Hinc etiam damnati propter bona illa opera, quæ viuentes fecerunt, leuius pœnam damnationis ſubſtinent. Hoc enim, vt ait Auguſt. in Enchiridion, † Tale bonum facit, vt tolerabilior fiat eorum damnatio. Namque id certo ſtatuendum eſt, leuiori, minoriq; pœna affligi eum in pœnis æternis, qui multa opera operatus eſt viuens, quàm qui nulla, vel pauca: Iniqua enim Dei lex, & iuſtitia cenſeretur; ſi eodem pœnarum genere plecteretur Scipio, qui Rempub. ſaluauit, quo Catilina, qui eam perdidit: qui enim bene licèt ſine gratia operantur, à pecca-

Greg. dialog. lib. Exemplum Iudæi cuiuſdam Signũ crucis quanti ſit.

Aug. in Enchiridion.

IX.

Scipio & Catilina non æquè puniuntur in inferno.

tis

tis pluribus, quibus inquinarentur abſtinent: vnde effugiunt, quam (ſi bona non feciſſent) acquirerent, damnationem. Quamobrem exẽplo harum obſtetricum moueamur ad bene operandum; certò certius exiſtimantes, non defuturum præmium à Deo, ſi non deſint opera ab homine. Si ergo ad ieiunia, orationes, & eleemoſynas vocat Deus, ſequamur; & quod hortatur, faciamus; nec nos quoquo modo præpediant peccata, aut à bonis operibus ceſſare faciant. Nunquam enim bonorum operũ inutilis poterit eſſe labor apud Deum; qui illa præcipit, ſuſcipit, & vt fiant, coadiuuat; tantumque eis delectatur, vt quæ præmio non poteſt coronare æterno: temporalibus bonis cohoneſtet.

Exemplum obſtetricũ mouet nos ad bene operãdum.

Labor bonorum operum nõ inutilis apud Deũ.

EXPLICATIO XXVIII.

Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo, & &c. Exo. 7. A.

SVMMAE.

I. *Pharaonis cor, quomodo induratum à Deo.*
II. *Pharao induratur à ſemetipſo.*
III. *Indurare, excæcare, impellere, quid ſignificent in ſcripturis.*
IIII. *Indurationis cauſa non eſt Deus.*
V. *Indurat Deus peccatorem, illum deſerendo.*
VI. *Iiſdem Dei flagellis Pharao induratur, Nabuchodonoſor conuertitur.*

RE-

RELIQVIT Moyſes ſcriptum in lib. Exod. & varijs quidem in locis, Deum induraſſe cor Pharaonis, & ſeruorum
I. † illius, vt multiplicaret ſigna, & oſtenta ſua in terra Aegypti. Fuere autem quibuſdam hæreticis verba Moyſis ſcandalo, colligétes ex illis, hominem in agendo ſpoliari libertate, & à Deo ad male agendum neceſsitate compelli. Sed quàm male ſentiant verba ipſius Dei per Moyſen Pharaoni dicta ſatis oſtendunt. Dicit enim: *Dominus Deus Hebræorum miſit me ad te, dicens: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto, & vſque ad præſens audire noluiſti.* Ecce quomodo non priuatur Pharao libertate, ſed requiritur, monetur, vt audiat præcepta Dei, dimittatque populum: ipſe vero etiam percuſſus, obſtinatior reddebatur. Et iterum ait: *Vſquequo non vis ſubijci mihi? Dimitte populum meum, vt mihi ſacrificet, ſin autem reſiſtis, & non vis dimittere eum, ego inducam, &c.* Vides iterum, quomodo per hortamenta, † plagas, & flagella vocatur Pharao ad
II. Dei obedientiam; propria tamen malitia reſiſtit, contradicit, induraturque. Non igitur Pharao, aut quiſpiam alius à Deo priuatur libertate, vt coactè vel eo impellente peccet. Nam (vt alibi diximus) nequaquam author mali eſt, aut hominem libertatis dono, quo à principio donatus eſt, expoliat. Eſt tamen hoc loco maximè conſiderandum, † tam in veteri, quàm in
III. nouo teſtamento reperiri ſcriptum, Deum indura-

Exod. 7. Hoc loco abuſi ſunt hæretici.

Exponitur propoſitio.

Exod. 8. Nullus à Deo libertate priuatur.

Deus non eſt author mali.

durare, excæcare, & impellere; Quæ duo profecto ſibi inuicem aduerſari videntur. Quo circa ſciendum eſt, Deum nullo modo eſſe cauſam effectiuam obdurationis cordis, quatenus eſt peccatum; Quandoquidem hoc à libero fit hominis arbitrio, ſed eſt illius cauſa, quatenus eſt pœna peccati: homini enim libera voluntate peccanti, in illius pœnam aufert gratiam, quæ illius cor reddere poterat molle: vt ea ſubtracta, humani cordis ſequatur obſtinatio, tantoq; cordis induratio augeatur per gratiæ abſentiam, quanto multiplicantur delicta, in quib9 paulatim homo à Deo deſertus labitur. Qua de re indurauit Deus cor Pharaonis, cui ob pœnam priorum delictorum merenti, iuſtè ſubtraxit gratiam, dereliquitque ſuæ ipſius libertati & propriæ naturæ. Ad quem intellectum omnes loci, quibus Deum indurare ſcribitur, ſi reducātur, nulla erit dubitatio. † Indurat enim & obcæcat Deus, cùm hominem deſerendo non adiuuat. Reperitur quoque eodem modo Pharaonem, Phariſæos, & alios diuino verbo incredulos induraſſe, obcæcaſſe, & aggrauaſſe ſeipſos. quoniam vocati à Deo, reſiſtunt, flagellati non agnoſcunt, moniti etiam irrident. Vt ſi quis feneſtras domus, ne Solis lumen ingrediatur, obſerauerit, verè eſt dicendum ſeipſum obcæcaſſe: quia ingredienti Solis lumini, viam vt non videret, occluſit Placuit huic declarationi exempla duorum Regum, † quibus vtebatur Pater Aug. ſubſcribere: Nabucdono-

Deum induraſſe cor Pharaonis quomodo intelligitur.

V.

Exemplum notabile. Auguſt.

VI.

ſor

Exempla Nabucdonoſor, & Pharaonis. Exemplum de medicamento. Fines diuerſi.

ſor pœnitentiam meruit fructuoſam. Nonne poſt innumeras impietates flagellatus, pœnituit,& regnũ quod perdiderat,rurſus accepit? Pharao aũt ipſis in flagellis durior eſt effectus & perijt? Hic mihi rationẽ reddat, qui diuinum conſilium nimium alte ſapientique corde dijudicat: cur medicamentum vnius medici manu confectũ, alijs ad interitũ, alijs valuerit ad ſalutẽ, niſi quia Chriſti bonus odor alijs eſt odor vitæ in vitã,alijs eſt odor mortis in mortem? Quantũ ad naturam ambo homines erãt: Quantũ ad dignitatẽ, ambo reges: Quantũ ad cauſam,ambo captiuũ Dei populũ poſsidebãt: Quantũ ad pœnã,ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos? Niſi quod vnus Dei manum ſentiẽs,in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit:alter libero contra Dei miſericordioſiſsimam veritatem pugnauit arbitrio? hæc Auguſt. lib. de Prædeſt. & gratia, cap. 15. citaturq; & 25. quæſt. 4. can. Nabucdonoſor.

EXPLICATIO XXIX.

Tolle virgam tuam, & proijce. &c. Exod. 7. B.

S V M M AE.

I. *Magi Pharaonis. an fecerint miracula.*

II. *Angeli, & Dæmones non faciunt miracula.*

III. *Miraculum quid ſit.*
IIII. *Dæmones quatuor modis miranda faciūt.*
V. *Virgarum conuerſio non fuit miraculum.*
VI. *Virgæ Magorum per illuſionem videbantur ſerpentes.*
VII. *Dæmones facere poſſunt per applicationē naturalium agentium quæ naturaliter fiunt.*

CVM eadem ſcriptura, eodemq; loco re- Exod. 7.
ferat, virgas Magorū Aegypti uerſas eſſe Exponitur
in dracones, Aaronis conuerſam eſſe in propoſitio
colubrum, poterit quiſpiam ſuſpicari, vel Ma- I.
gos effeciſſe miracula, † vel neque Aaronis De virga
virgam verè in colubrum fuiſſe conuerſam. Aaronis
Sed audiat, quid de virga ipſamet dicat ſcriptu quid ſcrip-
ra. *Sed (inquit) deuorauit virga Aaronis virgas* tura dicat.
eorum; vt hoc ſigno facillime intelligi poſsit;
Virgam Aaronis, ſiue colubrum, in quem con-
uerſa eſt, diſsimilem æſtimari oportere à dra- II.
conibus, & virgis Magorum. † Hoc enim abſ- Nullus niſi
que dubio credit fides Chriſti; Neque Dæmo deus natu-
nes, neq; Angelos neque creaturam aliquam, ram muta-
ſed ſolum Deum poſſe mutare naturas, aut mi- re poteſt.
racula facere. † Quippe quòd miraculum pro- III.
priè opus eſt, totius naturæ virtutem excedēs
& creaturæ facultatem: Quæcunq; ergo mira, Dæmonū
ſiue incredibilia fiant, vel fieri videantur à Dæ- virtus non
monibus, ad veram miraculi rationem perue- excedit fa-
nire nequeunt: cùm virtus omnis, roburque cultatem
Dæmonum naturæ creatæ facultatem non ex- naturæ
cedant. † Porrò quatuor modis poſſunt à Dæ- creatæ.
IIII.
monibus miranda fieri: Primò cum phantaſti-

Miranda à dæmonib. fieri poſſunt 4. modis.

Primo.

Secundo.

Tertio.

cæ hominis virtuti, vel ſenſibus, quaſdam eis proponendo imagines, illud efficit, vt videlicet, quæ vera non ſunt, vera illis eſſe videantur. Secundò cũ aërem aſſumens, & in quãcunque corporis formam, in qua apparere voluerit effingens, ſenſibus illudit. Tertiò, cùm ſit rerum peritiſsimus, & in elementis ſeminum virtutes quædam hominibus incognitæ reperiantur, ſuæ erit facultatis, ea ſemina tanquam actiua, applicando paſsiuis, conquirere; & res, quæ naturali modo fiunt, prodigioſo quodam

Quarto.

modo producere. Quartò adhuc poteſt paruo temporis momento, & ab hominibus imperceptibili ab vno ad alium locum corpora transferre, vt ſtatim ibi orta credantur. Nullus autem horum modorum, quos diximus rationem habet miraculi. Siquidem omnes à naturali, & creata virtute proficiſci poſſunt. Conuerſio itaque virgarum † Magorum in dracones, nullo pacto ad miraculum referenda eſt:

Nûllus horum modorum habet rationem miraculi.

V.

Exod. 7.

Exod 8.

Exod. 9.

Quandoquidem in vno vel pluribus ſupradictorum modorum continetur. Hoc non tacuit ſcriptura, cùm dicit: Pharaonem vocaſſe ſapientes, & maleficos: qui per incantationes AEgyptias, & arcana quædam ſimiliter fecerunt. At virga Aaron diuina virtute transmutatur in colubrum, & ideo verè realiterque corpus virgæ in corpus colubri mutatur. Neque hoc etiam ſiluit ſcriptura, cum ait; *Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum*: Vt oſtenderetur maiorem in virga Aaron, vtpotè à Deo

conuerſa, quàm in virgis Magorum eſſe virtutem. Deinde & illud confirmat, quod dicitur, *Magos in tertio ſigno defeciſſe*. & neque ſuis incantationibus educere ciniphes potuiſſe, atque tandem coactos fateri, & dicere: *Digitus Dei eſt hic*: quia diuina virtute impediebantur Magi, ne etiam in minutis animalibus procreandis, facultatem haberent. Cum autem quæritur, An ſerpentes, ſiue dracones à Magis oſtenſi, ſint veri, aut ficti & præſtigioſi ſerpentes; dubia quæſtio eſt; & vtraque pars magnis patronis defenditur. Gloſſa ordinaria, quæ Iſidoro attribuitur, ſub dubio eam relinquens, ait: Sciendum, quia, vel diabolicis figmentis, ſpectantium oculos deludebant: vt res in ſua natura manentes, aliud viderentur. Vel ſecundum Auguſtinum, Dæmones, quamuis mali naturam ſuam non amiſerunt; Ideo dum per incantationem eorum malefici aliud efficere conantur, diſcurrunt per mundum, & ſubitò ſemina eorum, de quibus hoc agitur, afferunt, ſicque ex illis, permittente Deo, nouas rerum ſpecies producunt. Auguſtinus (vt Gloſſa ordinaria illi attributa refert) quæſtionem dubiam relinquens, de hac re, ait: Quid ergo dicendum eſt de virgis Magorum: An veri dracones facti fuerant, ſed ſimili ratione virgæ dicũtur? An potius videbâtur eſſe, quod non erant, ludificatione venefica? Cur ergo ex vtraq; parte virgæ dicũtur, & dracones? vt de figmẽtis illis, nihil differat, loquẽdi mod⁹? Sed

Magi Pharaoni defecerunt in 3. ſigno.

Glo. ord. ſecundum Iſido.] Auguſtin.

Dæmones quomodo nouas ſpecies producunt.

monſtrare difficile eſt. hactenus ibi Auguſt. At
Lyranus. Lyranus omnino cenſens impoſsibile, virgam naturali vel creata virtute tranſmutari tam repente in dracones poſſe, conſtantiſsimè docet illuſione venefica apparuiſſe dracones, non verè fuiſſe: Quæ.n. rerũ ſemina in circulo naturæ creatæ reperiri poſſunt; quæ ſubitã repenti nãq; mutationẽ ex ligno corrupto dracones generent? Nam Dæmones alio modo trãſmutare naturas in alia corpora nequeunt. Sed Burgenſis in additionibus in hunc locum ratus non eſſe impoſsibile ex ligno fieri dracones virtute naturæ creatæ, dicit, Multa contineri in natura, quæ nobis non innoteſcunt; certa autẽ ſunt Dæmonibus, qui permittente Deo, mira hæc efficiunt. Mouetur autẽ præcipuè ex eo, quod dicit ſcriptura; Virgas Magorum in dracones mutatas: Proiecerũtq; (ait ſcriptura) ſinguli virgas ſuas, quę verſę ſunt in dracones: Si igitur non veri ſed apparentes erant dracones: neq; id verum eſt, quod fatetur ſcriptura, virgas in ſerpentes fuiſſe conuerſas. Hanc opinionem ſequitur B. Thom. in prima parte q. 114. dicens: Sciendum eſt tamen, quòd quamuis huiuſmodi opera Dæmonum, quę nobis miracula videntur, ad veram rationem miraculi non pertingant; ſunt tamen quodammodo verę res; ſicut Magi Pharaonis, per virtutem Dæmonum, veros ſerpentes, & ranas facerunt. Et quando ignis de Cælo cecidit, & familiam Iob cum gregibus pecorum vno impetu conſumpſit.

Burgenſis in additionibus.

D. Thom. in 1. par. q. 114.

pſit, Et turbo domum deijciens, filios eius occidit; quæ fuerunt opera Sathanæ, phantaſmata non fuerunt: vt Auguſt. dicit 20. de Ciuitat. Dei. hactenus ille. An vero vel ex virgis putrefactis, vel ex ſeminibus miniſtratis, vel ex apportatis ſerpentibus, dracones apparuerint; non definit. Tantùm dicit, veros fuiſſe ſerpentes. In reſponſione autem ad ſecundum argumentum dat regulam; quòd illæ tranſmutationes corporalium rerum, quæ virtute naturali adhibitis ſeminibus, per putrefactionem fieri poſſunt, & à Dæmonibus, quoque fiunt, vt ſerpentes, & ranæ. Quæ verò virtute naturę nequeunt fieri, neque Dæmones efficere valent; Sicut quòd corpus humanum mutetur in corpus beſtiale, aut quòd corpus hominis mortuum reuiuiſcat. Quæ ſi aliquando fieri videantur; non eſt ſecundum rei veritatem; ſed ſecundum apparentiam tantùm.

Exod. 7. Iob 1. Aug. de ciuit. dei lib. 20.

EXPLICATIO XXX.

Idcirco autem poſui te; vt oſtendam, &c, Exod. 9. C.

SVMMAE.

I. *Deus non eſt author peccati, ſed homo.*
II. *Deus vt flagellet, non eget malitia hominum.*
III. *Deus permittit, non operatur mala.*

Exod. 9. EST ſcriptum Exod. 9 *Idcirco autem poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.* Porrò verba hæc quibuſdàm errandi occaſionem dedere; immò potius ab eis illi accepere, vt aſſererent, Deum omnis mali æquè eſſe authorem, atque cauſam omnis boni; Nam idcirco ait ſcriptura, (aiunt) *Poſitus eſt Pharao,*
I. *vt Dei fortitudo oſtenderetur.* † Authorem autem mali, hoc eſt, peccati Deum facere, quid quæſo eſt, niſi bonam illius naturam deſtruere? Aut quomodo mali author erit, qui odit, abominatur, & æternis ignibus punit illud; Filius Dei, vt peccata deleret, carnem aſſumpſit humanam, paſſus, crucifixusq́; eſt, & peccatis delectabitur Deus? Igitur peccati author, non Deus, ſed homo ſibi ipſi eſt, qui propria voluntate deflectit. Nam Deus cùm liberum hominem condidiſſet, liberè quoque ſuas ſinit facere actiones: Hominem autem ſolum peccati ſui, & non Deum, eſſe authorem, teſtatur ſcriptura de eodem Pharaone in fine capitis, dicens. Auxit peccatum, & ingrauatum eſt cor eius, & ſeruorum illius, & induratum nimis: nec dimiſit filios Iſrael. Audin' dici, Pharaonem auxiſſe peccatum, induraſſe cor, nec dimiſiſſe filios Iſrael? Eæ enim actiones à libera voluntate fiunt, non Deo cogente. Quod vero dicitur, *Idcirco poſui te, vt oſtendam fortitudinem me-*
II. *am:* † Non ita accipi volumus, vt Deus malitia ho-

Expoſitio propoſitionis.

Homo eſt cauſa peccatorum ſuorum.

hominum indigeat, quo potenter flagellando, excelſam diuinitatis virtutem oſtendat. Non enim illi deſunt viæ præter malitiam hominũ, ad oſtendendam diuinam potentiam;ſed quod ſeipſo indurato, & à Deo derelicto præſtitit ei occaſionem, qua potentiam ſuæ diuinitatis, iuſtitiæ, & virtutis manifeſtaret. Itaque malitiam, peccatum, ſiue nequitiam hominis non efficit Deus, ſed permittit. † Iſtiuſmodi tamen III.
permiſsione eum fructum colligit; vt gloria ſua manifeſtetur hominibus. Nam adeo bonus eſt, vt nedum ex bono, verum ex malo etiam ſeligat bonum. Non ergo Deus æquè boni, & mali cauſa eſt. Quoniam boni eſt cauſa efficiens, mali vero permiſsiua. Neque tamen permittit, niſi ex eo aliquid boni futurum proſpiciat.

Bonitas dei quanta ſit. Deus eligit bonum ex malo.

EXPLICATIO XXXI.

Et tranſibo per terram Aegypti nocte illa, &c. Exo. 12. B.

SVMMAE.

I. *Angeli, natura ſunt ſpiritus, officio ſunt angeli.*

II. *Angeli boni, ſiue mali operantur clades, & flagella hominum.*

Exod 12. 4. Reg. 24. Num. 22. 4 Reg 19. FACTVM eſt autem, inquit Moyſes, in noctis medio, percuſsit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, &c. Cũ

Expoſitio propoſitionis. ſacræ literæ multis in locis teſtentur clades, cædesq; hominum, & vrbium ſubuerſiones à Domino per Angelos fieri; poſſet quis iure quodammodo quærere, An per bonos, vel malos Angelos fiant? Cui reſpondendum

I. eſt, † Angelos tam bonos quàm malos iuxta naturam eſſe ſpiritus. Cùm vero mittuntur, ſiue aliquid operantur, Angelos fieri; Naturæ ergo nomen ſpiritus, officij vero Angelus. Sicut naturæ hominis eſt homo, officij conſul, præco, iudex. Per quoſcunque igitur ſiue bonos, ſiue malos fieri poſſunt: Quippe omnes ſunt adminiſtratores ſpiritus. Quod autem boni iuſtique homines ab Angelis malis affligantur, † docet hiſtoria ſancti Iob, Qui vir erat iuſtus, ſimplex & timens Deum: inſultibus tamen Dæmonis impetitur: cameli, & aſinæ auferuntur: pecora conſumit ignis: filij filiæque corruente domo moriuntur: & ad extremam ipſe valetudinem reducitur. Paulus non ab homine, neque per hominem electus vas electionis, ſed à Domino, malis modis à Sathana percutitur, colaphizaturque, Et teſtatur Chriſtus Luc. 10. ſe vidiſſe Sathanã pètentem à Deo facultatem cribrandi Apoſtolos, ſicut triticum. Iuſti ergo à malis Angelis affliguntur. Idem ſentiendum eſt accidere peccatoribus, maliſq; hominibus: vt per bonos Angelos affligãtur punian-

Spiritus. Angelus.

Iob 1. & 2. II.

Ad Gal 2. 2. Cor. 12.

Luc. 10. Iuſti à malis angelis affl gũtur.

niantùrque. Nam bonus erat Angelus is, cuius manu ſeptuaginta milia virorum peſte perire. 2. Reg. 24. Non enim Dauid altare domino ædificaſſet in eo loco; in quo Angelum gladiũ euaginatum tenentem conſpexerat: ni bonum eſſe Angelum cognouiſſet. Ille etiam Angelus, qui Sogdomam, & Gomorrham ſubuertit, vnꝰ ex ijs tribus, qui Abrahæ conſpecti ſunt, fuiſſe perhibetur, quos tamen nemo negat eſſe bonos. Similiter cùm ſcriptura memorat centum octuaginta quinque millia virorum de exercitu Sennacherib. percutiente Angelo cecidiſſe; boni Angeli miniſterio, qui iubente Domino populum liberauit, factum eſſe cenſendum eſt. Itaq; iuſti homines à malis Angelis, & peccatores à bonis, diſponente Deò affliguntur. Rurſus ſimiliter docet ſcriptura, malum Angelum affligere peccatores homines, vt iubente Domino inimici illius ab inimicis puniantur. Ad hunc numerum pertinet Angelus, qui percuſsit omne primogenitum in terra Aegypti. Hic namque Angelus Sathanæ, & reprobus cenſendus eſt: Quoniam ſcriptura ait de Domino; & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras, & lædere. Id profectò oſtendens; Quod percutiens Angelus libenter domos Hebræorum intraſſet, percuſsiſſetq; eorum primogenita, ſi permiſſus fuiſſet: Idipſum etiam legitur de Saule Rege, qui à Spiritu Domini relictus, exagitabatur à ſpiritu nequam 1. Reg. 16. Nos vero, cum ſiue à bonis ſiue à

Mali affliguntur per angelos bonos quandoque.
2. Reg. 24.
Geneſ. 19.
4. Reg. 19.
Angeli mali peccatores affligũt.
Exod. 12.
1. Reg. 16.

Corripi à domino. quid. Ionæ.3. ue à malis Angelis affligimur; cenſeamus à Domino corripi, ad pœnitentiamque vocari; quã Niniuitarum exemplo ſi fecerimus; profectò imminentia à Domino flagella euitabimus: Nõ uit enim ille mutare ſententiam, ſi nos mutauerimus vitam.

EXPLICATIO XXXII.

Nõ habebis Deo alienos coram me, &c. Exod. 20. A.

SVMMAE.

I. *Imagines cur in veteri lege prohibitæ.*

II. *Imagines non prohibentur in vniuerſum.*

III. *Colere & adorare differunt.*

IIII. *Imago, & Idolum non ſunt idem.*

V. *Imagines prohibentur Iudæis, non Chriſtianis.*

VI. *Intentio diſcernit ſacrificium Iudæorum, & Græcorum,*

VII. *Imagines non coluntur vt Dij, ſed eos qui colendi ſunt repræſentant.*

VIII. *Abuſus imaginum ab Epiſcopis eſt corrigendus.*

IX. *Non eadem eſt apud Iudæos & Chriſtianos imaginum & picturarum permiſſio.*

Exod. 20. Hæretici abuſi ſunt hoc loco. DICIT Dominus Deus: *Nõ habebis Deos alienos coram me. Nõ facies tibi ſculptile neq; omnem ſimilitudinẽ, quæ eſt in Cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea, neq; coles.*

coles. Hinc hæretici perperam hunc locum intelligentes, aiunt. Romanam Eccleſiam maxime errare, quòd contra verbum Dei imagines, ſimulachra, & picturas ad adorandum populis paſsim in ſuis eccleſis proponat. Quibus ꝛ reſpondent catholici, quòd huiuſmodi imaginū prohibitiones in veteri lege duas habuerunt cauſas, Vnam quòd Deus eſt inuiſibilis, incorporeus, incircumſcriptibiliſque. Quis ergo illius imaginem poterat inuenire? Quis figuram Deum repræſentantem excogitare? Cum ergo Dei inuiſibilis nulla ſit viſibilis imago, præcipiendum erat, nè quis eum effingere tentaret. Vndè Exo. 20. ait Deus: *Non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cœlo deſuper, & ea quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea, neque coles, ego ſum Dominus Deus tuus, &c.* Huius autem præcepti rationem expreſsit Moyſes lib. Deut. cap. 4. Non vidiſtis, inquit, aliquā ſimilitudinē in die qua locutus eſt vobis Dominus Horeb de medio ignis, neforte decepti faciatis vobis ſculptā ſimilitudinem, aut imaginem maſculi, vel fœminæ, ſimilitudinem omnium iumentorum quæ ſunt ſuper terram, vel auium ſub Cœlo volantium atque reptilium, quæ mouentur in terra, ſiue piſcium, qui ſub terra morantur in aquis, Ne forte eleuatis oculis ad cœlum videas ſolem & lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea, & coles,

Ic

Deus eſt inuiſibilis.

Exod. 20.

Expoſitio propoſitionis.

Deut. 4.

Cauſa primæ prohibitionis imaginum.

Diuinitas figurari nō poteſt.

les, quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub cœlo ſunt. Hæc ergo vna rationum ſit, quod in veteri teſtamento prohibeantur imagines, quia extremæ impietatis atque inſipientiæ eſt, figurare diuinitatem. At verò poſteaquam Deus veraciter factus eſt homo, verſatus in terra, miracula operatus, paſſus, crucifixus, ſepultus, ſuſcitatus à mortuis & aſſumptus. Hæc autem omnia ab eo patrata ſunt, vt credentes vitam habeamus æternam; & ob hanc cauſam ab his qui pſentes viderunt, in ſcripturis ad nos tranſmiſſa; ſed ad eorum vtilitatem qui literas ignorãt, Spiritus ſancti operatione non ſcriptura, ſed antiqua patrum traditione, per totam Eccleſiã receptum eſt, vt pingerẽtur imagines, illa quæ ſcripta ſunt idiotis repræſentantes. † Sunt ergo in nouo teſtamento imagines idiotarum, & ignorantium literas libri, atque lectiones; ratio eſt Damaſceni lib. 4. fidei Ortho. cap. 17. Et hæc prima prohibitionis cauſa. Alteram vero afferunt, quod verbis prædictis non auferuntur omni ex parte imagines, & ſimilitudines, ſed id prohibetur tantùm, ne adorentur, & colantur. Nam ordinauit poſtea Deus, erigi imaginem ſerpentis in deſerto, & fingi Cherubim ſuper Arcam, & imagines boum, & leonum circa eam iuſsit fieri. Vnde ipſemet Deus ſe explicans, *Non adorabis ea*, (inquit) *neque coles*: ponens differentiam inter imagines, quę ad colendum fiunt, & quæ ad repræſentandum pro-

Ioan. 1. Matth. 11. Matth. 11. Mar. vlt.

Imaginum antiqua traditio. Damaſc. li. 4. fid. orhod. ca. 17

Secunda cauſa pro hibitionis. Num. 21. Exod. 37. 1. Reg. 4. & 3. Reg. 6.

ponuntur. † Inſinuans quoque, aliud eſſe cole- III.
re, aliud adorare.. Poteſt enim quiſpiam inuitus, vel adulando Regibus idololatris, vel etiá tormentis victus idolum adorare, ſciens tamẽ illud eſſe nihil; colere autem eſt toto affectu, & ſtudio Idolis mancipari: quod niſi libera volũtate fieri nequit. Vtrunque hic prohibet Deus, vt ne affectu colas Idolum, nec ſpecie adores. Vt omnis omninò idololatria inhibeatur, idq́; in toto terrarum orbe, ſempiterniſque tempo ribus. Ait enim *coram me*; Deus autem præſens eſt, omni loco, omniq; tempore. Verùm, & ſi Imago, et Idolum iuxta grammaticos ſigni ficent idem, vt in vnius prohibitione, aliud quoque prohibitum agnoſcatur; Theologi tamen inter ea diſcrimen poſuere, † vt Idolum IIII.
ſignificet, quod pro Deo ponitur ad colendũ, & Deus exiſtimatur, Imago verò figura ſit, quę ad repræſentandum quippiam abſens figuretur. Ergo præceptum eſt de Idolis non faciendis, & non de imaginibus figurandis.

Ita Tertullianus lib. 2. aduerſus Martionem ſanctæ ſcripturæ de non faciendis ſculptilib9, & imaginibus, auctoritates interpretatur. † Proinde ait, & ſimilitudinem vetans fieri omnium, quæ in Cœlo; & in terra, & in aquis oſtẽdit, & cauſas idololatriæ, ſcilicet ſubſtantiam cohibentes, ſubijcit enim: Non adorabitis ea, neque ſeruietis illis. Serpentis autem ænei effigies poſtea præcepta Moyſi à Domino non ad idololatriæ titulum pertinebat, ſed ad reme

Tertullia. Expoſitio propoſitionis.
V.

dian-

diandos eos, qui à ſerpentibus infeſtabantur?
Iudæis ſerpens æneus præceptus. Et taceo de figura remedij. Sic & Cherubim & Seraphim aurea in arcæ figuratum exemplum certe ſimplex ornamentum accommadata ſuggeſtui, longè diuerſas habendo cauſas ab idololatriæ conditione, ob quam ſimilitudo prohibetur, non videntur ſimilitudinum prohibitarum legi refragari, non in eo ſimilitudinis ſtatu deprehẽſa, ob quem ſimilitudo prohibetur.
VI. hæc Tertul. A quo non diſcedit Damaſcenus
Damaſce. lib. 4. Orthod. fidei c. 17. † vbi ſcriptũ reliquit: Diuina autem ſcriptura accuſat adorantes ſculptilia, ac etiam ſacrificantes Dæmonibus; Sacrificabant autem Græci, ſacrificabant & Iudæi, ſed Græci Dæmonibus, Iudæi verò Deo; & deteſtabile erat Græcorum ſacrificium, & damnabile, Iudæorum autem Deo acceptabile.
Gen. 7. Sacrificauit enim Noe, & odoratus eſt Deus
Intentio diſcernit ſacrificia Iudæorũ & Græcorũ. odorem ſuauitatis bonæ voluntatis, & beneuolentiæ ipſum ad ſuauitatem ſuſcipiens. Sic Græcorum ſculptilia quia Dæmoniorum erãt ſimulachra, deteſtabilia, & interdicta ſunt. hactenus Damaſcenus. Hic docemur Deum, non tam quid fiat ab homine, quàm cui, & quo animo fiat conſiderare. Nempe Græci ſacrificabant ſculptilibus vt Dijs, dabant thura Dæmonibus, exiſtimantes eſſe Deos. Iudæi autem ſa-
Exod. 20. crificabant ſoli Deo, quoniam vnum, & ſolum credebãt Deum. Hinc Græcorum ſacrificium damnabile, Iudæorum acceptabile. Mactabant
Leuit. 8. vitulos, hircos Græci; Mactabant Iudæi eadem

prorſus

proſus animalia,ſed vtroſque ab vtriſque animus intentioque ſacriſicandi ſeparabat. Ita ferme Chriſtiani adorant Deum, quem omnino vnum profitentur: adorant imagines, ſed non veluti Deos, aut Cæleſtia numina agnoſcunt: Quinimo opera norunt eſſe hominum, ſed eorum animus, atque intentio, ad eos qui per imagines repræſentantur eleuatur, & fertur: Quare non errant catholici, imagines Dei, & ſanctorum pro dijs non adorantes, quas optimè norunt non eſſe Deos. Dices; Sint hæc vera apud peritos, & in Chriſti fide inſtructos; negari tamen non poteſt magnam ſimplicib9, & idiotis afferri occaſionem idololatriæ. Reſpondendum eſt, Id fortè in primitiua Eccleſia cum adhuc idololatria per orbem regnaret, timendum fuiſſe. Nunc autem, quoniam Dei gratia expulſam, & iam a toto orbe eliminatam videmus; Chriſtianumque populum euangelica doctrina inſtructum, nulla prorſus eſt idololatriæ ſuſpitio. Vnde B. Gregorius ad Secũdinũ ſcribens, eique imagines Chriſti, B. Virginis, Petri, & Pauli tranſmittens, manifeſtè aperit, quomodo, aut qua ratione apud Chriſtianos imagines colantur. † Verba illius in epiſtola 53. hæc ſunt: Scio quidem quod imaginem Saluatoris noſtri non ideo petis, vt quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filij Dei in eius amore recaleſcas, cuius te imaginem videre conſideras. Et nos quidem non quaſi ante diuinitatem ante illam proſternimur, ſed illum ado-

Chriſtiani adorant Deum & adorant imagines, ſed diuerſimode.

Obiectio.

Reſponſio

Grego. ad Secundinum.

VII.

Pictura quid ſit

ramus, quē per imaginem, aut natum, aut paſſum, ſed & in throno ſedentem recordamur. Et dum nobis ipſa pictura tanquam ſcriptura ad memoriam filium Dei reducit, animum noſtrum aut de reſurrectione lętificat, aut de paſſione demulcet: hæc Gregorius. Quamobrem norunt Chriſtiani, & omnis omnino cognoſcit Eccleſia, imagines non eſſe vt Deos, vel quaſi
VIII. aliquid diuinitatis habentes, adorandas. † Si quæ verò aut timentur pericula, aut iam quidē abuſus irrepſerunt, tollendi à Prælatis, caſtigādique ſunt; & non cum ſcandalo populorum, & ſanctorum irriſione atque contumelia venerandas imagines deijcere, frangere, pedibusq; conculcare, atque demum igni tradere. Sanè Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. præcepit Epiſcopis hæc ſtudioſè facere, diligenterque curare, in his verbis: Illud vero diligenter doceāt Epiſcopi per hiſtorias miſteriorum noſtræ redemptionis, picturis, vel alijs ſimilitudinibus expreſſas erudiri, & confirmari populum in articulis fidei commemorandis & aſsiduè recolendis, tum vero ex omnibus ſacris imaginibus magnum fructum percipi, non ſolùm quia admonetur pupulus beneficiorum, quæ à Chriſto ſibi collāta ſunt, ſed etiam quia Dei per ſanctos miracula, & ſalutaria exempla oculis fidelium ſubijciuntur, vt pro ijs Deo gratias agāt, ad ſanctorumque imitationem vitam moresq; ſuos componant, excitenturque ad adorandū ac diligendum Deum, & ad pietatem colendā.

Sancta ſi. nod. Trid. ſeſſ. 25.

Abuſus abolendi ſunt. Iudic. 12. 1. Reg. 11.

Si

Si quis autem his decretis contraria docuerit, aut ſenſerit;anathema ſit.In has autem ſanctas & ſalutares obſeruationes ſi qui abuſus irrepſe rint, eos prorſus aboleri ſancta Synodus vehemẽter cupit, ita vt nullæ falſo dogmati imagines,& rudib9 periculoſi erroris occaſionem p̃bentes ſtatuantur, & c. Et infra;Omnis porrò ſuperſtitio in ſanctorum inuocatione,reliquiarum veneratione,& imaginum ſacro vſu tollatur,omnis turpis quæſtus eliminetur,omnis denique laſciuia vitetur, ita vt procaci venuſtate imagines non pingantur, nec ornentur. Et ſanctorum celebratione,ac reliquiarum viſitatione homines ad commeſſationes atque ebrietates non abutantur: Quaſi feſti dies in honorem ſanctorum per luxum, ac laſciuiam agantur. Poſtremò tanta circa hæc diligentia, & cura ab Epiſcopis adhibeatur, vt nihil inordinatum,aut præpoſtere,& tumultuarie accõmodatum,nihil profanum,nihilq; inhoneſtum appareat,cùm domum Dei deceat ſanctitudo, hucuſque Concilium. ✝ Quo circa non eadem IX.
eſt apud Iudæos,& Chriſtianos imaginum, & picturarum ratió. Illis enim Dei imagines habere, quia Deus nondum factus homo apparuerat,in terris non permittebatur. Neq; Pro- Exod.20.
phetarum aut ſanctorum poterant figuras re- Geneſ.22.
tinere,quia inter idololatras verſantes facilè in idololatriæ cultum labebantur, vt ſæpe eos feciſſe ſcriptura teſtatur: Chriſtiani vero Deum hominem habent,& colunt, longeq; à gentib9

dololatris abſunt, & quotidie puram, ſanctam, euangelicamque doctrinam audiunt, & intelligunt.

EXPLICATIO XXXIII.

Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, Zelotes, viſitans, &c. Exod. 20. A.

SUMMAE.

I. *Deus quomodo viſitat iniquitates Patrum in filios.*

II. *Deus ſicut eſt vnus, ita ſolus coli præcipit.*

III. *Filij pro patribus ſpiritualiter non occiduntur.*

IIII. *Filij pœna temporali puniuntur pro patribus.*

V. *Populus punitur pro peccato Principis.*

VI. *Principes puniuntur pro peccato populorum.*

VII. *Deus non facit iniuſtè, cum innocentes affligit.*

VIII. *Vitia parentum non imputantur filijs, niſi ea ſectentur.*

Exod. 20. *EGO ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, fortis, Zelotes, viſitans inquitatem Patrum in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me.* Sanè hæc vltionis comminatio aliquibus videtur, quod eos filios tantùm comprehendat, qui paren-

rentum peccata æmulantur: Quia dicit, *Eorum qui oderunt me.* † Qui autem parentum pecca- I.
ta ſequuntur, quid amplius habent, quo pro Exponitur
peccatis parentum puniantur; cùm habeant propoſitio
ſua, pro quibus iuſtè affligi debent? Hæc enim pœna non ad filios, ſed ad patres referenda eſt. Viſitans enim iniquitatem patrum in filios; Nõ ergo filiorum iniquitas ſed parẽtum viſitatur: Sæpe enim accidit, vt homines tertiã, & quartam filiorum videant generationem: quos cum corporali pœna affligit Deus, affliguntur quoque parentes, indeque mœſtitiam capiunt, vnde iucunditatem expectabant: tantoque grauior illis eſt pœna, quanto illam propter eorũ iniquitates filijs nouerint eſſe illatam. Vindicat itaque Deus eos, qui non colunt eum, Deosque ſequuntur alienos, & illius recuſant obedire præceptis, in tertiam, & quartam vſq; generationem. Sicut enim ipſe Deus vnus, ſolusque eſt in deitate perfectus, † Nemoque alius II.
creauerit, cuſtodieritq; hominẽ; aut ei beneficia pręſtiterit; Ita ſolus coli, ſolꝰ adorari, ſolusq; ꝓ Deo haberi, iubet: Vt ſicut in rerũ productione nullum habuit conſortem; ſic res productæ neminem alium habeant Deum. Verùm huic comminationi redargutio illa per Ezechielem, Ezech. 18.
18. cap. facta videtur eſſe contraria: Quid eſt, ait Deus, quod parabolam vertitis in prouerbium; Patres comederunt vuam acerbam, & dẽtes filiorum obſtupeſcunt? Viuo ego Dicit Dominus Deus, ſi erit vltra vobis parabola hæc

Iniquitas parentum vitiatur in filios.

in prouerbium in Iſrael: Ecce omnes animæ meæ ſunt, vt anima patris, & anima filij mea eſt, Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Si igitur verum non ſit, filiorum dentes obſtupeſcere, eo quod patres eorum vuam comederint acerbam; & ſola punienda ſit anima, quæ peccauerit: quomodo. *Zelotes Deus in tertiam, & quartã generationem iniquitates patrum viſitabit?* Eo pſertim, quod ipſe alibi Deute. 24. præcipit dicens: *Non occidentur patres pro filijs, neq; filij pro patribus; † ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur.* Reſpondent Theologi; multa eſſe genera mortis: Eſt enim mors Corporalis, & Spiritualis, Temporalis, & Aeterna: morte itaque ſpirituali & æterna nunquam punitur pater pro filio, nec filius pro patre; ſed anima (vt ait Ezechiel) quæ peccauerit, ipſa morietur. † Pœna vero, ſiue morte temporali, & corporali, ſæpe pro parentibus filij, pro Dominis ſerui, pro Principibus populi affliguntur. Atque in hunc modũ paruuli, & ſugentes vbera, in aquis diluuij, Gen. 7. & ſulphure, & igne in Sodomis Gen. 18. & primogenita in Aegypto periere. Neque tãmen illi, cum adhuc per ætatem non liceret, parentum vitijs erant inuoluti. † Sic etiam populus Iſraëliticus, qui ſuperbiæ Dauid in numerando populo minime conſenſerat; peſte pro peccato Regis flagellatur. Et tota Aegyptus ob indurationem Pharaonis magnis plagis, & cladibus percutitur. Afferunt autem huius diuini iudicij rationem: quoniam filij quæ-

Deut. 24.
III.
Genera mortis multa.
Mors temporalis.
IIII.
Gen. 7.
Geneſ. 18.
Exod. 11.
2. Reg. 24.
Exod. 8.
V.
Filij ſunt quædam bona parẽtum;

quædam bona ſunt parentum, ſicut populi Regum, & Principum. † Plectuntur itaque Principes, cum populus perit; Affliguntur parentes, cum filij moriuntur; quia iſtiuſmodi bonis priuantur. Quo circa nihil habet abſurdi, ſi caſtigentur filij pro peccatis parentum pœna tẽporali; cum ab eis temporaliter poſsideantur. Nam iura quoque ciuilia ab hac iuſtitiæ definitione non abhorrẽt: Pro criminibus enim læſæ maieſtatis, proditioniſque patriæ, filij cum patribus, totaque familia perimuntur: Aequũ quippe cenſent, grauiora delicta grauioribus pœnis mulctari oportere. Quoniam, etſi filij criminis non fuerint conſortes; æquum tamen cenſent pro Reipub. conſeruatione, grauitateque ſceleris oſtendenda, quo cæteri peccare timeant, eos iuſtè corporaliter puniri. Natura quippe id habet, amaras potiones pro recuperanda ſanitate bibere; Et membrum putridum amputari, pro totius corporis ſalute. † Neque tamen ij, qui ſic vel pereunt, vel affliguntur innocentes, de iniuſtè irrogata pœna conqueri poſſunt. Primò, quia omnis homo debitor eſt mortis: Et quacunque die, quocunque modo, Deus poteſt eam repoſcere. Secũdò, quoniam ſi inflictam pœnam æquo animo, patienterque tulerint, eis gloriæ meritum augetur, peccataque dimittuntur: vt mors quædam purgandorum peccatorum via ſit ad cœleſtem gloriam. Tertiò, quia futuram eorum vitam præuidens Deus, amplius viuere non ſinit: ne vel deteri-

VI. Affligũtur parentes morte filiorum.

VII.

Primò.

Secundò.

Tertiò.

ores, vel omnino mali euadentes, iuſtam eis dãnationem inferre cogatur. Vnde ſcriptum eſt: Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectũ illius.

Beatus Gregorius hæc de peccato originali dici putat; cuius culpam à parentibus ortam ſimulque pœnam portamus, Et ideo parentum iniquitas in filios punitur; Rurſus, cùm ab originali culpa per baptiſmum liberamur, non amplius culpæ parentum, ſed quas nos ipſi facimus, viſitantur. † Quam ob rem recte in Ezechiele dicitur: Mea eſt anima patris, mea eſt anima filij: anima quę peccauerit, ipſa morietur. Intelligit quoque de peccato ſiue iniquitate parẽtum, quam filij fuerint imitati; acrius enim parẽtes flagellantur; cũ ne dũ ipſi propter eorũ culpas, ſed filij etiam flagellantur. Vna namq; & eadem perſona pater & filius cenſentur. Hoc ipſum cum Grægor. ſentit Auguſtinus quæſt. 42. n Deut.

Gregorius Parentum iniquitas punitur in filios.

VIII.

EXPLICATIO XXXIIII.

Non occides. Exod. 20. C.

S V M M AE.

I. *Abraham non peccauit, volens occidere filium.*

II. *Deus nemini facit iniuriam quando infligit mortem.*

III. *Oſeas non peccauit cum meretrice concumbens.*

IIII. Iſrae-

IIII. *Iſraelitæ non fuerunt fures, quando ſpolia-runt Aegyptios.*

V. *Homicidium graue ſcelus eſt.*

VI. *Homicidium pœna mortis purgatur.*

TAMETSI generatim præcipit Exod. 20. Non occidendum, voluerítq́; Abraham occidere filium, & illum iuxta verbum Domini ei ſacrificare, † Non tamen peccauit Abraham. Nam lex æterna ita quædam medio loco ſtatuit; vt ea, qui propria voluntate agat peccet: & qui propter obediẽtiam facit eadem, mereatur: Abraham quippe, ſi propria voluntate filium occidere voluiſſet, vtique homicidij reus inueniretur; ſed quia iubenti Deo famulatus eſt; vt ne filio quidem vnigenito pepercerit propter eum, laudem meritus eſt. † Etenim omnis homo, ſiue nocens, ſiue innocens debet mortem propter peccatũ originale, quod à parentibus contraxit. Quò fit, nullam fieri cuipiam iniuriam, cùm mors à quocunque homine repetitur à Deo. Cùm itaque ſiue à nocenti ſiue ab innocenti poſsit Deus quandocunque voluerit, mortis debitum repetere, conſequens eſt, non peccaſſe Abraham, cum Dei voluntatem (occidendo filium videlicet) facere eſſet paratus. † Sicut neque Oſeas adulteriũ cõmiſit; cũ iuſſu Dei ex fornicatiõe q̃ſiuit filios. Adulteriũ. n. eſt concubitus cũ vxore aliena, contra legem diuinitus datã: Sed ſi mandato diuino peractum fuerit, tam adulterij, quàm fornicationis ceſſat ratio. Oſeas

Exod. 20. Geneſ. 22. Expoſitio-propoſitio nis. I. Obediẽtia quanti ſit.

II.

III. Oſeæ 4. Adulteriũ quid ſit.

namque non vltroneus fornicariam quæſiuit, aut fornicari poſtulauit: Imò obedientiam erga Deum attendens; ideo concubuit, quia concubere iuſſus eſt.
Exod.12. IIII. † Sic Iſraelitæ furti rei non dicuntur, etſi per aſtutiam Aegyptios ſpoliauere. Exod.12. quoniá furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito Domino; at cùm Deus vniuerſalis omnium bonorum ſit dominus; non accipit bona alterius, qui ab eo iubetur accipere;
Gen.22. Exod.12. Oſeæ.4. neque rem pertractat alienam, aut contra voluntatem domini agit, cui Deus iubet illud facere. Quo circa neque Abraham occidendo filium, neque Iſraelitæ furando Aegyptijs, aut Oſeas fornicando, peccauere. Sunt enim mandatum Dei, qui cunctorum rerum eſt Dominus, executi: Vnde non in turpitudinem peccati, ſed in obedientiam mandatorum Dei cōſenſerunt. Vide 23. quæſt. 5. Et Thomam parte prima, quæſt. 94. at. 5.
32. quæſt.5 Th.1.2.q. 94.art.5.
V. † Cæterum quàm graue ſit homicidij peccatum, ex eo patere poteſt, quòd acerbiſsimè cum vniuerſa illius poſteritate punitus ſit Caym: Eſt enim homicidium contra mirabile illud opificium Dei, quo corpus, & animam mirabili ſapientia coniuxit.
VI. † Hinc lex Moyſis homicidium non niſi homicidio purgari cenſuit, dicens, Exo,22. Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur. Et idem lex Ciuilis ſtatuit ff. ad l. Corn. di Sica. l.1. & C. ad l. Cor. de Sica. l. is, qui cum telo. Lex autem Canonica, quæ mitior cæteris eſt etiam contra homicidas, vltimo ferit gla-
Exod.22. Lex ciuilis Lex Canonica.

dio,

dio, vltimumq; de illis ſupplicium ſumit. Nam homicida fit irregularis: non poteſt promoueri: & iam promotus eijcitur: vt videre eſt 50. diſt. can. ſi quis viduam; & 51. diſt. can. aliquãtos. & de pœnit. diſt. 1. can. periculoſa, & extr. ne cler. vel mona. cap. ſententiam ſanguinis. & extra de homic. cap. ſicut dignum, & cap. ſignificaſti.

Homicida fit irregularis. Diſtin. 50. Can. ſi quis viduã.

EXPLICATIO XXXV.

Inſontem, & iuſtũ non occides, quia &c. Exod. 23. A.

SUMMAE.

I. *Inſons quis ſit.*
II. *Occidere hominem cui liceat.*
III. *Iudex ſciens reum innocentem non debet condemnare eum.*
IIII. *Innocentem non occides, quomodo intelligitur.*

ALLOQVITVR *Deus Moyſen, & cum eo iudices omnes, dicẽs: Inſontem, & iuſtum non occides; quia auerſor impium.* Quæ Rab. Salomon explicans, † Inſontem eum & iuſtum intelligit, qui de domo iudicij exiens, condemnatus ad mortem pro crimine ſibi falſo impoſito, ducitur. Nam ſi quiſpiam velit illius innocentiam defendere, offeratq́ue

Exod. 23. Exponitur propoſitio

ſe probaturum; ſuſpendenda eſt omnino executio ſententiæ, condemnatusq; ad priorem locum reducendus: quo melius ſententia diſcutiatur; vt factum nouimus de Suſanna Dan.13.
Dan.13. Quæ ad verba Danielis, ſe illam innocentem
Opinio alia. probaturum pollicentis, reducitur ad iudiciũ, & à morte liberatur. Alij intelligunt, ne condẽnatus ab alio quàm à iudice publicam functi-
II. onem gerente, occidatur, † ita vt nemini liceat occidere, etiam condemnatum, niſi à magiſtra-
Authoris opinio. tu iuſſus fuerit. Mihi autem videtur, eum dici inſontem, & iuſtum debere intelligi; cuius iudici ſatis probata eſt innocentia, licet per falſos teſtes conuincatur, debet enim iudex omnem adhibere diligentiam, quò inſontis, & iuſti defendatur innocentia, & ſic iudicium differat, ſæpe teſtes examinet, aliaq; quærat indicia
S. Tho. 2.2.q.64.art.6. pro illius defenſione. Si verò adhuc iuſtum nõ poterit adiuuare; ad ſuperiorem remittat iudicem. At ſi ipſe ſit ſuperior, ait B. Thom. 2.2.q.
Quomodo teſtes occidant hominem. 64.art.6. Iudicare iuxta teſtium depoſitiones debet. Eo enim caſu, non ipſe, ſed teſtes hominem occidunt: Cùm verò nulla reperiatur pro
III. vita hominis compenſatio; † conſtetq; iudici illius innocentia, ſatius fortè, meliusque eſſet, abdicare à ſe dignitatem, magiſtratumq; deponere; quàm lata contra innocentem mortis ſententia, inſontem occidere, in Deiq; legem peccare, Etenim lex Dei clamat: Inſontem, & iuſtũ non occides: Nihil enim differt apud Deum inſontis innocentia, vel à teſtibus, vel à iudice
pro-

probari, modo re ipſa iuſtus, inſonsq́; ſit, Et iudicanti ſit manifeſta. Vnde quodammodo non occidendum fore iuſtum, rationem reddens, ſequitur: Quia auerſor impium: Impius quippe eſt, qui pietatem non habet, crudelitatem exercet, innocentiam non tutatur, ſeque humano ſanguine polluit. Nuſquam enim hominem occidere permiſſum legitur, niſi pro conſeruanda iuſtitia, tuendaq́; veritate, & pace Reipub. conſeruáda. Vita autem iuſtorum, & iuſtitiam, & pacem, & conſeruationem affert Reipub. Namque iuſti ſunt, qui leges & reſpublicas conſeruant. Ergo nullo modo licet occidere innocentem. † Si verò quis moueatur, quòd Abraham filium ſuum, quem nouerat innocentem, Dei iuſſu voluit occidere, neque peccauit: is animaduertat oportet, Deum, non hominem, imperium vitæ mortisq́; habere: illius enim iuſsione tam iuſti quàm peccatores, moriuntur: Quoniam omnem carnem ei mortem debere, compertum eſt: Itaque occidens mandato Dei innocentem, minime peccat; Sicut neque Deus, cuius eſt executor. Commendatur vero Abraham, non propterea quòd voluerit filium occidere innocentem; ſed quoniam mandatis Dei obediens, neq; dilecto filio illiq; vnico pepercerit.

Impius quis dicatur.

Conſeruatores Reip. iuſti ſunt. Iuſti qui ſint.

IIII. Geneſ. 15.

Vitæ & mortis imperium Deus habet.

Mandato dei occidēs nō peccat.

EXPLICATIO XXXVI.

Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis. &c. Exod. 32. G.

SVMMAE.

I. *Liber Dei, à quo petit Moyſes deleri, quis ſit.*

II. *Moyſes quomodo petit deleri de libro vitæ.*

Exod. 32. VERBA Moyſis ad Deum loquentis, ſunt: *Aut dimitte eis hanc noxam; aut ſi non facis; dele me de libro tuo in quē ſcripſiſti.* Quid nam ſit liber Dei, † de quo
I.
deleri petit Moyſes, apud pleroſq; in dubium
Matth. 27. vertitur. Sunt enim qui exiſtiment, Moyſen petijſſe deleri de libro vitæ, vbi electi à Deo ad futuram gloriam conſcribuntur; Paſsione tamen, ſiue inferiorum virium perturbatione commotus. Sicut Saluator noſter calicē paſſionis à ſe transferri poſtulat humano affectu commotus, iuxta tamen ſuperiorem mentem pati paratus; & non ſicut ille volebat, ſed ſecundum Dei voluntatem. Ita Moyſes mente Deo coninuctus, ſalutemq́ue populo procurans, deleri non ſimpliciter poſtulat. Iſta expoſitio difficultatem, vt mihi videtur, habet:
Exponitur propoſitio Opiniones diuerſæ. Quod Moyſes ad loquendum cum Deo, ſine tranquillitate mentis, imò paſſionibus perturbatus acceſſerit. Neque ſimile eſt de Saluatore noſtro, cuius omnis erat recta ratio, omniumq́ue animę potentiarum tranquillitas &

& parte ſuperiori Deo ſemper fruebatur. Deinde cùm liber vitæ ſit bonorum electio, & prędeſtinatorum in mente diuina conſcriptio: impoſsibile eſt, aliquem ex eo libro deleri, va namque diuinam electionem facere. Sunt alij, qui non de diuina prædeſtinatorum in mente Dei electione ſiue notitia intelligunt, ſed, vt aiunt, de libro vitæ, hoc eſt de præſenti iuſtitia, vbi homo exiſtens in gratia Dei ſcribitur, & vnde per peccatum mortale deletur; quo pacto voluerunt Moyſen intelligere, vt de libro deleri, id eſt, à præſenti iuſtitia, & gratia cadere petat. Sed, ſi non de æterna illa conſcriptione libri vitæ, ſed iuxta præſentem iuſtitiam, petitio Moyſis intelligatur; adhuc aliud prorſus ſequitur impoſsibile: Nam iuxta hanc rationem, à lib. vitæ nemo cadit, nemo deletur niſi peccatum mortale commiſerit. Petit ergo Moyſes deleri de libro, hoc eſt, mortaliter peccare, & à Dei gràtia excidere? Quàm verò hæc ſint conſona rationi, iudicent alij. Non deſunt adhuc, qui dicant, hunc librum eſſe legem, quę cùm per Moyſen data ſit, ab eo denominatur. Lex enim per Moyſen data eſt. Senſus igitur eſt: Dele me de libro, ſcilicet, Lex à meo non deſcribatur nomine; niſi populus reconcilietur tibi. Peregrina tamen eſt expoſitio. Reſpondit enim illi Dominus: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Itaque abſurdum eſt fateri denominationem legis, librum eſſe vitæ. ꝗ Arbitror ego Moyſen librum Dei in-

intellexiſſe ordinationem, qua decreuerat populum Iſraeliticum ducatu, principatuq; Moyſis in terram promiſsionis ingreſſurum, quaſi dicat: Aut aufer à me principatum populi, aut illi parce. Vel liber Dei eſt liber iuſtorum, cuius ſecundi Reg. 1. fit mentio; in quo geſta ſanctorum ad futuram memoriam conſcribuntur. Fortè ergo dicit Moyſes: Aut dele me de libro tuo, id eſt, nulla nominis mei vnquam reſeruetur memoria: aut dimitte populo hanc noxam. Qua de re non petit deleri de libro vitæ ſimpliciter, neque ſecundum hominum opinionem, cùm vtrunque ſit contra rationem; ſed aut tráſlationem principatus in populum, aut deletionem ſui nominis in orbe terrarum.

Authoris opinio.

2. Reg. 1.

Rurſus quidam exiſtimát verba Moyſis hyperbolicè ab eo dici, vt magnum affectum grádemque eius erga populum dilectionem oſté. deret: cuiuſmodi frequens apud homines eſt vſus, vt cùm aliquid vehementer cupiunt, ſoliti ſint dicere, Malemus hoc habere, quàm vitam. Vel, Malemus carere vita, quàm hac re. Et ſi non facias, vitam auferre potes. Cùm tamen intelligant potius amittere cætera omnia, quàm perdere vitam. Huic expoſitioni videtur conſenſiſſe Hieronymus in cap. primum Ionæ Prophetæ verba illa exponens: Et ſurrexit Ionas, vt fugeret in Tharſis à facie domini; Vbi ſic ait: Scit Propheta ſancto ſibi ſpiritu ſuggerente, quòd pœnitentia gentium, ruina ſit Iudæorum: Idcirco amator patriæ ſuæ; nõ tam ſalu-

B. Hieron. Ionæ 1.

ſaluti inuidet Niniuitarum, quàm nō vult perire populum ſuum: Alioquin legerat Moyſen rogantem dixiſſe pro eo; Si dimittis eis peccatum, dimitte: Sin autem non dimittis: & me dele de lib. tuo in quem ſcripſiſti; & ad preces illius ſaluatum Iſrael, & Moyſen de libro non deletum. Quin potius Dominum occaſionem accepiſſe per ſeruum; vt cæteris conſeruis illius parceret. Dum enim dicit: *Dimitte me*; oſtendit ſe poſſe retineri. Tale quid & Apoſtolus loquitur: Optabam anathema eſſe pro fratribus meis, qui ſunt Iſraelitæ ſecundū carnem. Non quòd ipſe perire deſideret, cui viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum, ſed magis meretur vitam, dum ſaluare vult cæteros.

EXPLICATIO XXXVII.

Et ignorabat, quod cornuta eſſet facies eius &c. Exo. 34. D.

S V M M AE.

I. *Moyſis facies non erat cornuta ſed radiās.*
II. *Moyſis faciem Paulus dixit glorificatam.*
III. *Moyſis facies velata ſignificabat adumbrationem legis.*
IIII. *Conuerſis à Deo reuelatur lex.*

IN Exodo ſcribitur de Moyſe. *Et ignorabat, quod cornuta eſſet facies, quia ex conſortio ſermonis domini.* Genuerunt autem hæc verba vulgarem inter homines opinionem: quod Moyſi de monte de- Vulgaris opinio.

deſcendenti, ob conſortium diuinæ contem-
I. plationis effecta ſit facies cornuta: † Vnde Pi-
Exponitur ctores vſque ad hunc diem effingunt illius fa-
propoſitio ciem cum duobus cornibus: Attamen hebrai-
Translatio ca veritas non habet: Et ignorabat, quòd cor-
Septuaginta interpre. nuta eſſet facię ſua. Sed; Et ignorabat, quod
tum. cutis faciei ſuæ eſſet radians. Septuaginta in-
terpretes ſic expreſsius tranſtulere illud: *Et*
Iſidorus. *Moyſes ignorabat, quod glorificatus eſſet aſpectus*
Origenes. *cutis faciei ſuæ:* Hanc etiam lectionem habuit
Iſidorus, & Origenes; quorum primus ait: *De-
ſcendente Moyſe cum tabulis; facies eius glorifica-
ta videtur.* Secundus verò: *Scriptum eſt* (inquit)
*quia vidit Aaron, & omnes filij Iſrael Moyſen,
& erat glorificata facies eius, & color vultus eius,*
II. *& timuerunt accedere ad illum,* † Sed & Paulus
2. Cor. 3. non cornutam faciem Moyſis, ſed glorificatam
in Epiſtola ad Corinth. ſecunda retulit. cap.
tertio, Quod ſi, ait, miniſtratio mortis, literis
deformata in lapidibus fuit in gloria; ita vt nõ
poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſis
propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur;
quomodo non magis miniſtratio Spiritus erit
in gloria? Non ergo vt vulgò creditur, & pi-
ctores fingunt, Moyſis facies erat cornuta, ſed
radians, ſiue glorificata. Arbitror ego diuinos
illos ſplendores, qui Moyſis faciem irradiabãt,
totam faciem, & caput occupaſſe; ita vt ſur-
ſum, inſtar duorum cornuum, eleuari videren-
tur: Vnde vel ſcripta vel viſa fuerit facies cor-
Iſidorus. nuta. Iſidorus autem myſticè velatam Moyſi
faciem

ſaciem interpretatus,ita proſequitur: Deſcendente Moyſe cum tabulis,facies eius glorificata videtur, ſed tamen velamine tegitur,in quo ſignificabat, legem myſtico velamine eſſe coopertam,& infidelibus occultam.Sermo enim legis habet ſcientiam gloriæ,ſed ſecretam:habet & cornua duorum teſtamentorum;quibus contra dogmata falſitatis incedit armata. Cùm enim Moyſes legitur,velamen eſt poſitum ſuper cor eorum: & manifeſtè dum legis,& prophetarũ ſcripturam carnaliter accipiunt infideles, tota facies Moyſis quodam velamine tegitur, vt non poſſint loquentis legis gloriam ſuſtinere.Sed ſi conuerſi fuerint ad Deum,auferetur velamen, occidens litera morietur,viuificans ſpiritus viuificabitur. Deus enim ſpiritus eſt, & lex ſpiritualis eſt; vnde Pſal. 118. petit Dauid: Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua. hactenus Iſidorus. Origenes cùm velamen Moyſis cæcitatem Iudæorum intellexiſſet; ad Chriſtianos conuerſus, ait: Et nunc enim velamen poſitum eſt in lectione veteris teſtamenti, glorificato vultu loquitur, Sed gloriam non poſſumus intueri, qui adhuc populus ſumus; & nihil ſtudij, nihil meriti plus, quàm reliqua plebs habemus. † III. Cùm autem quis conuerſus fuerit ad Dominũ; auferetur velamen; conuerſio ergo noſtra cauſa eſt auferendi velaminis. Dum ergo legentes diuinas ſcripturas nõ intelligimus; dum obſcuræ ſunt,& clauſæ,nondum cõuerſi ſumus:Con

Facies Moyſis quid ſignificet.

Sermo legis habet ſcientiam gloriæ,ſed ſecretam.

2. Corin. 3.

Ioan. 4.

Pſal. 118.

Origenes.

uerſis enim ſtatim auferetur velamen. Omnis, qui, cùm recitantur verba legis; communibus occupatur fabulis; auerſus eſt, & qui de negotijs ſecularibus, de pecunia, de lucris, de poſſeſsionum curis, & diuitiarum cupiditate ſolicitus eſt; qui gloriæ ſeculi, & mundi honoribus ſtudet, auerſus eſt; qui etiam ab his videtur alienus: adſiſtit autem, & audit verba legis, vultu, atque oculis intentus: corde tamen & cogitatione vagatur, auerſus eſt. Quid ergo eſt conuerti? Si his omnibus terga vertamus, vt ſtudio, actibus, mente, & ſolicitudine, verbo Dei operam demus. Et in lege die ac nocte meditemur omiſsis omnibus; Deo vacemus: & exerceamur in teſtimonijs eius: hoc eſt conuerſum eſſe ad dominum. Quis autem noſtrum tanto labore, & ſtudio diuinas quærit literas, quanto quæſiuit humanas? Aliqui, vt recitari audierũt, quæ leguntur, ſtatim diſcedũt, nulla de his, quę lecta ſunt adinuicem inquiſitio, nullaq; collatio: non interrogant patres ſuos, vt dicant ſibi; nec presbyteros vt annuncient. Alij nec patiẽter expectant vſque dum lectiones in Eccleſia recitentur, ſciunt, ſed in remotioribus Eccleſię locis, ſecularibus fabulis occupantur, quibus iã non velamẽ ſuper cor, ſed paries, & murus eſt poſitus. Si enim qui adeſt, audit, intẽdit; & quæ audit retractat, & diſcutit, percunctatur, & diſcit; vix poteſt ad libertatem ſcientiæ peruenire: qui abſcondit aures ſuas, ne audiat, & terga in faciem legentis obuertit; quomodo dicẽdus

Conuerti ad Deum quid ſit. Iſa. 2.

Velamen habere ſuper cor. 2. Cor. 3.

eſt

eſt velamẽ habere ſuperpoſitũ cordi, ad quem nec ipſum quidem velamen literæ, quo ſenſus velatur, qui eſt ſonus vocis, acceſsit. Glorioſa ergo efficitur facies Moyſi. Habent enim gloriam ea, quæ loquitur; ſed tegitur, & occultatur, & omnis gloria eius intrinſecus.

EXPLICATIO XXXVIII.

Et extendens manum ad populum, &c. Leuit. 9. D.

SUMMAE.

I. *Benedictio fuit in lege naturæ, nam Melchiſedech benedixit Abrahæ.*

II. *Benedictio fuit in lege ſcripturæ, nã Moyſes & Aaron benedixerunt populo.*

III. *Benedictio fuit in lege gratiæ, nam Chriſtus bendixit diſcipulis ſuis.*

IIII. *Benedictio Chriſti contulit promiſſionem ſpiritus ſancti in die Pentecoſtes.*

V. *Sacerdos ab altari diſceſſurus non fruſtra benedicit populo.*

VI. *Qui in Miſſarum ſolennijs non perſeuerant uſq; ad finem, communione ſunt priuandi ſecundum inſtitutum apoſtolicum.*

VII. *Benedictio à ſacerdote celebrante eſt expetenda.*

VIII. *Benedictio in fine Miſſæ quid nos doceat & moneat.*

IX. *Sacerdotes ſunt miniſtri ſacramentorum & non Domini.*

Leuit. 9. SCRIBITVR in lib. Leuit. cap. 9. *Quod Aaron oblatis ſacrificijs, pro peccato, hoſtijsq́, & holocauſtis, & pacificis completis, extendit manum ſuam ad populum, & benedixit ei.* Ante Aaronem etiam Gen. 14. Scriptura meminit. † Melchiſedech Regem Salem, & ſacerdotem Dei altiſsimi, benedixiſſe Abrahæ, à cæde quinque Regum redeunti.

Geneſ. 14. Luc. 24. & Actor. 1. Geneſ. 49.

I I. † *Moyſes quoque, & Aaron expletis holocauſtis, & hoſtijs, intrauerūt tabernaculum teſtimonij, indeq́; exeuntes, benedixerunt populo.* Chriſtus Saluator noſter aſcenſurus in Cœlum eleuatis ma

III. nibus ſuis, benedixit † Apoſtolis, & diſcipulis.

Deut 33. Actor. 2. Non dubito autem, eum pluries & populum & Apoſtolos benedixiſſe. Diſceſſurus tamē iterū benedicit, ſicut Iacob moriens benedixit filiis, ſimulq́; & Moiſes moriturus, populo Iſrael dedit benedictiones: contulit autem illius benedictio promiſsionem ſpiritus Sancti, qui in die

IIII. Pētecoſtes † ſuper diſcipulos apparuit, quo videlicet, ſuperuenientem Spiritum ſanctum ſuper benedictos ſignificaret. Non igitur fruſtra ſacerdos ab altare diſceſſurus, † populum benedicit; nomenque Dei, id eſt, ſanctiſsimæ Trinitatis ſuper eos inuocat. Eſt enim ex lege naturæ, ex lege ſcripta, & ex lege euangelica benedicendi deſumptum inſtitutum. Qua de re

Inſtitutū benedicendi eſt deſumptum ex lege naturæ, ſcriptæ & gratiæ.

V. Canon Apoſtolorū. Sancti Apoſtoli, in eorum canonibus, eos, qui ad finem vſque in Miſſarum ſolennijs non perſeuerarent, communione priuandos eſſe cenſuerunt. Non perſeuerat autem, qui ante ſacer-

dotis

dotis benedictionem, diſcedit. Canon Apoſtolorum ſic habet, Omnes fideles qui conueniunt in ſolẽnitatibus ſacris ad Eccleſiam, vt ſcripturas Apoſtolorum & euangelicam audiant, & cæt. & infra. Qui aut non perſeuerant in oratione vſque dum Miſſa peragitur, nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Eccleſiæ commouentes, conuenit communione priuari. Hoc vero dubium nemini eſſe debet, †Sanctos Apoſtolos, vel ab ipſomet Chriſto vel Spiritus ſancti familiaritate inſtituiſſe. Idipſum Concil. Carthaginenſe imitatum, ait: Sacerdote verbum in Eccleſia faciente, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicetur. Et ne quis arbitretur hic, prædicationem verbi Dei, non Miſſam, aut ſacerdotis benedictionem intelligi: plenius in Concil. Agathenſi definitur: Miſſas, inquit, die dominico ſecularibus totas audire ſpeciali ordine præcipimus; ita vt ante benedictionem ſacerdoti egredi populus nõ præſumat. Quod ſi fecerint, ab Epiſcopo publice confundantur. hæc Concilium. Benedictionẽmq; itaque à ſacerdote † Miſſam celebrante expectare oportet vnumquemque eorum, qui ſacrificio Miſſæ affuerint: quoniam ſacerdotis benedictione Miſſa completur: ante quam (dicunt ſacri Canones) ſi aliquis exierit, excommunicetur. Concilio Agatenſi ſubſcribit Aurelianenſe in eandem fermè ſententiam, dicens: Cum ad celebrandas Miſſas in Dei nomine conuenitur; populus nõ

VI. Concil. Cart. Cõcil. Aga. VII. Concil. Aurel.

antè diſcedat, quàm Miſſæ ſolennitas compleatur; & vbi Epiſcopus non fuerit, benedictionẽ à ſacerdote accipiat. hactenus Concilium. & refertur à Gratiano de conſecra. diſtinct. 1. Quò circa ſacerdotum benedictiones, in quibus Patris, & filij, & Spiritus ſancti nomina inuocantur, non modo deſpiciendæ non ſunt, ſed hilari, deuotoq; animo expetendæ. Si enim dicitur Moyſi: Inuocabis nomen meum ſuper omnes filios Iſrael, & ego Dominus benedicam eis. Et per Zachariam iterum: Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Ieruſalem Spiritum gratiæ, & precum: cur non idem ſanctum Dei nomen ſuper populum Chriſti inuocabitur à ſacerdote? Optabat benedictionem Dei propheta, dicens, Pſal. 66. Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus. Quid eſt quod ter repetit nomen Dei? niſi quia benedici à Deo Patre, à Deo filio, qui propterea noſter eſt Deus, quod carnem aſſumpſit humanam, & à Deo Spiritu Sancto toto mentis affectu. Et hoc ipſum ait ſacerdos: † Benedico vos In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Benedicit autem iam Miſſa completa, quo memores ſimus verborum Chriſti in extremo iudicio dicentis: Venite benedicti Patris mei, poſsidete regnum vobis ab origine mundi paratum. Ac ſi ſacerdos dicat; Manete, perſeuerate in communione ſanctiſsimæ fidei & ſacramentorum Chriſti; Siquidẽ audituri eſtis verba eius: Venite, poſsidete regnum: Quod vobis

[Margin notes:] Gratia de conſec. diſt. 1. — Benedictio ſacerdotis non deſpicienda. — Moyſes num. 6. — Zach. 12. — Pſal. 66. — VIII. — Exponitur propoſitio — Matth. 25.

bis, concedat Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.

Dicet forte quiſpiã: Et ſi bonorum ſacerdotum benedictiones nihili pendendæ non ſunt, improborum aũt, & malorum quis ferat? Bene dicit.n. Dominus cum bono, ſicut maledicit cũ improbo, dicente Domino ad ſacerdotes per Malach. Prophetam cap. 2. Mittam in vos egeſtatẽ, & maledicam benedictionibus veſtris: & maledicã illis, quoniam nõ poſuiſtis ſuper cor. Quod verò de ſacerdotibus prauis, quorũ benedictionibus maledicit Dominus, intelligatur Propheta, oſtendit Gregorius in Epiſtola per regnũ Italicũ, & Teutonicorũ ſcribens: Si qui ſunt, ait, presbyteri, diaconi, vel ſubdiaconi, qui in fornicationes iaceant; interdicimus eis, ex parte Dei Patris omnipotentis, & ſancti Petri auctoritate, Eccleſiæ introitum vſq; dũ pœniteant, & emendẽt: Si qui vero in peccato ſuo perſeuerare maluerint, nullus veſtrum eorum præſumat audire officiũ. Quia benedictio eorũ vertetur in maledictionẽ, & omnino in peccatum, teſtante Domino per Prophetam, Maledicam, inquit, benedictionibus veſtris. hæc Gregor. Cuius verba colliguntur à Gratiano, 81. diſt. can. Si qui ſunt presbyteri. Malorum igitur ſacerdotum fugiendæ ſunt benedictiões, ne illis maledicens Dominus, comprehendat quoque nos in eis. Sed ipſe Gregorius alibi quomodo, vel quid voluerit, apertius explicat: Maledicam, inquit, benedictionibus veſtris, hoc eſt, ijs quæ nunc meis benedictionib.

Obiectio. An malorũ ſacerdotũ benedictiones ſint vili pendẽdæ.

Malach. 2.

Greg. in epiſt. per Regnum Italicũ, & Teutonico.

Gratia. 81. diſt. Canon Si qui ſunt presbyteri.

poſſidetis,vel qui iniquè agunt,benedicuntur ab eis,adulanturque peccatoribus, dummodo diuites ſint. hæc Greg. vt videre potes 1.q.1. can. Multi ſecularium.

Expoſitio verborum Prophetæ. Duas igitur verbis Prophetæ attulit expoſitiones. Prima ꝗ benedictiones bona temporalia,quibus affluebant,intelligit. His enim propter eorum peccata maledicturus erat Dominus. Vnde principio ait,Mittam in vos egeſtatem; ſicut enim bonorum affluentiam diuina parit benedictio; ita rerum penuriam, & charitatem parit maledictio. Secunda expoſitio eſt, quòd Sacerdotes peccatoribus adulabantur, & bonis eorum benedicebant, modò diuites illorum largitione fierent. Hæc ſi ita ſe habeāt,nihil offendit ſacerdotum, ſiue bonorum, ſiue malorum benedictiones: modò vt miniſtri Eccleſiæ nomen Dei ſuper populum inuocent. Gregorius autem cùm ſcortationes ſectantes,& in fornicatione iacentes, ingreſſu priuat Eccleſiæ, ad eorum punitionem fecit; cùm etiam populo interdicit, ne illorum audiant Officia,egit,vt ſacerdotes, & diaconi erubeſcentes,& confuſi animo, reſipiſcant. Vel quod non liceat populo cum ſacerdotibus cōmunicare,quos exploſit, vel reiecit Eccleſia, Cùm iudicium Eccleſiæ approbet Deus in cœlis, vt quæcunque ſoluta, vel ligata fuerint in terris,ſoluta etiam,& ligata reperiantur in cœlis. Eorum igitur maledicit Dominus & benedictionibus, & ſacrificijs, qui hæretici ſunt,

Prima. Malach.2. Secunda. IX. Matth.18.

ex-

excommunicati ſunt, ab Eccleſia ſeparati, declarantur, ſed benedictionibus eorum, quàmdiu tollerantur ab Eccleſia, non maledicit Dominus. Quo circa qui ſunt hodie ſacerdotes, & ſi reproba eorum eſt vita, & ab Eccleſia feruntur, ſi benedixerint, eorum benedictionem nō conuertet Dominus in maledictionem. Miniſtri quippe ſunt gratiæ, & ſacramentorum non Domini, & quæ largiuntur non illi, ſed Dominus largitur. Sit itaque tibi quicunque es, grata ſacerdotis, & Prælati benedictio, ſacramentorumque adminiſtratio, certoque ſcias, illos Dei miniſterium obire non ſuum, vt non hominem, ſed in homine Deum contempleris.

Sacerdotes ſunt miniſtri & nō domini ſacramentorum.

EXPLICATIO XXXIX.

Vinum, & omne quod inebriare poteſt. &c. Leuit. 10. B.

SVMMÆ.

I. *In cœlo non eſt fletus nec locus triſtitiæ.*

II. *In terra eſt pœna quia inceſsit iniquitas.*

III. *In inferno eſt fletus & ſtridor.*

IIII. *Chriſtus in Terra fleuit pluries vt homo.*

V. *Chriſtus ſedens ad dexteram patris mutatus eſt corpore & infirmitate, non luget amplius nec homines plangit.*

VI. *Paulus planxit peccatores pœnitentiam recuſantes, ad cuius Statum pertinent lacrymæ.*

Leuit. 10. Opinio Orig. hom. 7. in Leuit. Luc. 19.

VERBA Leuitici interpretatus Origenes homil. 7, in Leuiticum, Neſcio an potius inſanam, quàm erroneam opinionem protulit: Saluator inquit, meus luget etiam nunc peccata mea, & Saluator meus lætari non poteſt, donec ego in iniquitate permaneo: Quomodo enim poteſt eſſe in lætitia, ad quem peccatorum meorum mœror ſemper aſcendit? Si enim Apoſtolus ipſius luget quoſdam, qui antè peccauerunt: Quid dicam de ipſo, qui filius dicitur charitatis &c. His verbis fulcit opinionem, vultque Chriſtum adhuc in cœlis propter eam dilectionem, quam erga nos habet, noſtra flere peccata: Quoniam ob charitatem etiam erga Corinthios Apoſtolus luxit quoſdam; qui peccauerunt, nec pœnitentiam egerunt. Cumque multo maior ſit Chriſti, quàm Pauli charitas, credendum eſt, maiorem adhuc pro peccatoribus fletum effundere.

2. Cor. 12.

I. † Abſurda ſane, & irrationabilis videtur aſſertio; vt credamus in cœlo eſſe fletum, locumque triſtitiæ; præſertim in eo, qui nō modo caruit viuens omni culpa, ſed Deo quoq; vnitus eſt. Nō poteſt quippe ibi eſſe triſtitia, vbi non eſt culpa: neq; poteſt aliquis lugere, vbi delicta eſſe nō poſſant.

Exponitur propoſitio

II. † Nā nec quidē in terra vlla fuiſſet pœna, niſi pceſsiſſet iniquitas. † In inferno eſt quidē flet⁹, qa adeſt peccatū, & pœna peccati: In cœlo autē ſola iuſtitia reperitur. Igitur & ſola lætitia eſſe debet. Ruſ⁹ ſi ob dilectionē Chriſt⁹ peccata noſtra plangit in cœlo, plangēt cū eo oēs Angeli, omneſq; beatorū animæ. E-

In cœlo ſola lætitia reperitur.

quidē non poſſunt mēbra, affectiones capitis nō participare: Nō poſſunt odiſſe, quos Chriſtus diligit. Nō poſſunt nō flere, qꝫ Chriſtus plāgit. Sed de Cœlorū ciuibus ait Iohannes in Apocalipſi: Nō erit ibi fletus, neq; luctus, neq; clamor; quæ prima abierunt. † Potuit quippe, hic Chriſtus in terra turbari, pauere, tædere, & lachrymari, quia verus Deꝰ verā aſſumpſerat naturā humanā, veruſq; factus homo, nihil nō habebat veri hominis: fleuit Lazarū reſuſcitandū; fleuit Ieruſalē deuaſtandam: fleuit in Cruce humani generis peccata. Sed hæc ſunt humanitatis, infirmitatisq; ſigna, interiorē animi affectū lachrymis monſtrātia: At poſtquā mortuꝰ, & ſepultus, ad nouā vitā reſurgens, vetera iſta Cœlos aſcēdens reliquit, amplius nō repetiturus; amplius illi neque lahcrymæ, neq; perturbationes eſſe poſſunt. † Sedens igitur ad dexterā Patris mutatus corpore, mutatus infirmitate, nō amplius vel luget, vel plangit homines, quamquam eos ſumma charitate cōplectitur. De eo inquit pſal. 92. Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitudinē, & præcinxit ſe. Decorem, inquā, induit, cū in corpore claritatē accepit: fortitudinē verò, cū omniū affectuū imperturbatā adeptus eſt gloriā. † Sed illud ſanè, quod accipit ab Apoſtolo lugente peccatores, inane eſt. Planxit enim Apoſtolus peccatores pœnitentiam recuſantes, dum viueret mortalis in terra; ad cuius ſtatū lachrymæ pertinent; Quomodo magiſter

ſuus

III. Ioan. 11. Luc. 19. Mar. 14. Chriſti fletus. Signa infirmitatis & humanitatis ipſius.

IIII. Coloſ. 3. Hebr. 1. 10. & 12. Pſal. 92.

V.

2. Cor. 12.

ſuus ante eum fecerat; Nunc verò mutata carnis conditione, nouisque ſuſceptis affectibus, neque eum flere, neque mœſtum eſſe cenſem9. Totus gaudet: totus hilareſcit: totus fruitur Deo: cui, & capiti ſuo Chriſto perenniter adhæret.

EXPLICATIO XL.

Qui dormient cum maſculo coitu fœmineo. &c. Leuit. 20. C.

S V M M AE.

I. *Lege Imperiali vitium Sogdomiticum pœna capitis plectitur.*

II. *Lex canonica vltimo ſupplicio ſpirituali punit hoc ſcelus.*

III. *Supplicium quod habere debeant qui cum iumentis coierint.*

Cōſtantius & Conſtās Impp. Exponitur propoſitio

CONSTANTIVS, & Conſtans Impp. naturæ, quæ procreandis filijs ſexus peperit diſtinctionem, vindicantes iniuriam, pœna capitis, id ſcelus plectēdum cenſuerunt. Cùm vir nubit, inquiunt, in fœmina viros paritura, quid cupiatur vbi ſexus perdidit locum? Vbi ſcelus eſt id, quòd non proficit, ſcire? Vbi Venus mutatur in alteram formam? Vbi amor quæritur, nec videtur? Iubemus inſurgere leges, armari iura gladio vltore, vt exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, vel qui futuri

ſunt

ſunt rei. C. de adult. Cum vir nubit. Tantum enim adeóque graue hoc ſcelus putauerunt; vt ne nomine quidem proprio dignati ſint appellare; imò verius dixerunt, fas non eſſe, imò ſcelus illud ſciuiſſe, & ob id mortem mereri, quod fœminam induens nunquàm hominem parituram, viuere non mereatur, qui naſcendis hominibus abſtulerit facultatem.

Leges etiam canonicæ, etſi pœna capitis in hoc ſcelus non animaduertant, quòd ſanguinis gladium non exerceant; grauiſsimum tamen exiſtimantes vltimo ſpirituali ſupplicio puniri voluerunt: nam in can. clerici. de exceſſ. prælat. dicit text. quicunque illa incontinentia, quæ eſt contra naturam, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinque Ciuitates igne conſumpſit, depræhenſi fuerint laborare; ſi clerici fuerint, deijciantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in monaſterijs detrudantur: Si layci, excommunicationi ſubdantur, & à cætu fidelium fiant penitus alieni, hæc ibi text. Vbi vides vltimam Eccleſiæ animaduerſionem huic nefandiſsimo ſceleri eſſe conſtitutam: Propterea quòd tantùm Deus illud odit, vt filios diffidentiæ, & Ciuitates Sogdomorum igne, & ſulphure conſumpſerit.

De eo autem, qui cum iumento coierit, ſic Augu. ſuper Leuit. ſcribit. Mulier, quæ acceſsit ad omne pecus, & vult aſcendi ab eo, interficietis mulierem, & pecus morte moriatur: rei enim

nim ſunt. Quæritur, quomodo ſit reum pecus, cùm ſit irrationabile, nec vllo modo capax legis eſt; ſubdit: Pecora inde credendũ eſt iuſſa interfici: quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam. Qua in re duæ deſcribũtur cauſæ; cur pecus cum homine interfici iubetur. Prima eſt ad deſcribendam criminis enormitatem: vt etiam pecus ratiõe carens ſi commiſceatur, pereat, & execratum ſit. Altera cauſa eſt, quòd qui cum pecore coierit, eo videndo, & ſceleris memoria refricata, iterum ad peccandum prouocetur. Omnis igitur iubet lex huius peccati memoriam deleri, & abſorbi.

Cauſæ duæ.

EXPLICATIO XLI.

Audite rebelles, & increduli. &c. Num. 20. C. & E.

SVMMAE.

I. Moyſes eijcit aquam de petra.

II. Moyſes peccauit infidelitate.

III. Moyſis diffidentia differt ab incredulitate Zachariæ.

FVISSE aliquando Moyſen incredulum, docet Scriptura, Num. 20. Cum refert, poſt Dei promiſsionem, eum adpellaſſe populum, atque dixiſſe: *Audite re-*

Num. 20.

I. *belles, & increduli, † Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere?* Prudenter quidẽ, ſagaciterq; loquitur, vt effectu aquarũ ſecuto, eos

Exponitur propoſitio

redar-

radſrguens dicere poſſet: Nō obſtante veſtra incredulitate eijcere potuimus de petra aquā virtute diuina: ſi autē aquæ minime inundaſſent dixiſſe poterat: *O rebelles & increduli, Nū de petra hac poterimus aquam vobis eijcere?* Quaſi dicat, poſſemus inquam, ſed veſtra infidelitas obſtat, incredulitas impedit. Igitur incredulitate peccauit. Sed apertius peccatum incredulitatis Moyſis aperit, Quod ei inflicta ſit pœna: Ait enim Dominus ad Moyſen & Aaron. Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me corā filijs Iſrael: non introducetis hos populos in terra quam dabo eis. Aſſertionem hanc (Moyſen videlicet peccaſſe) aſſeruit Hiero. lib. 2. aduerſ. Iouinianum, cum inter probatos viros à ſcriptura relatos Moyſen peccatorem enumerat dicēs: † Superfluum eſt de Moyſe & Aarō ſcribere, quòd ad aquam cōtradictionis offenderint Deū, & terrā repromiſsionis non intrauerint. Simili modo Aug. lib. 16. cōtra Fauſtū Manichęū cap. 16. Moyſen infidelitate peccaſſe cōmemorat dicens: Arguitur Moyſes voce diuina, quod eius fides ad aquā eijciendā aliquantulū titubauerit. Qd' ei cū peccato Petri poteſt eſſe cōmune, q in medijs fluctibus ſimili fidei defectu dubitauit. Verū abſit vt credamus hinc eū eſſe alienatū ab æterna ſocietate ſanctorū, q cū S. Elia, ſicut euangelium loquitur, Matth. 17. meruit clarificato in mōte Domino aſsiſtere: & ſup pſal. 105. ad verba illa; Et irritauerunt eū ad aquā cōtradictiōis, & vexatus eſt Moyſes propter

Aqua contra dictionis. Num. 20. Pſal. 77. 1. Cor. 10. Hiero. li. 2. aduerſus Iouinianū. Aug. lib. 16 contra Fauſtū Manich. cap. 16. Matth. 14. II. Matth. 17. Pſal. 105.

pter eos, quia exarcerbauerunt Spiritum eius, & diſtinxit in labijs ſuis, ſcribit. Quid eſt diſtinxit? Quaſi illud non poſsit Deus facere, qui tantaiam fecerat, vt aqua de petra proflueret. Dubitans enim petram virga percuſsit, & ideo hoc miraculum diſtinxit à cæteris miraculis, in quibus non dubitauerit. Hinc offendit, hinc audire meruit, ne intraret in terram promiſsionis. Hęc Auguſt. Tale aliquid in nouo teſtamēto accidit Zachariæ: Quod nuntianti Angelo Iohannis Baptiſtæ natiuitatem non crediderit,

Verſiculus exponitur.

Zachariæ Luc. 1. qd accidit.

III. Vnde (ait) hoc ſciam? † Ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſsit in diebus ſuis. Peccauit enim diffidentia, non quærens modum, ſed modi impoſsibilitatém afferēs; Qua de re pœna vocis oppreſſæ plectitur; Vt qui puerum non credebat naſciturum; vſque ad eum natum loquela priuaretur: Deus enim non de verbis ſed de cordibus iudicat. Hebræi autem dicunt propterea Moyſen & Aaron peccaſse, quod non fecerunt ſicut præceperat Deus; qui dixerat; *loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas*. Ita quod ex verbo ſolo abſque percuſsione virgæ dediſſet illa aquas; quod grande nouumque ſignum diuinę fuiſſet potentiæ, cuius adhuc ſimile non legebatur. Et ideo poſtea ſubditur; Quia non crediſtis mihi, vt ſanctificaretis me corā filijs Iſrael; quaſi diceret; ſi corā filijs Iſrael dixiſſetis: Ecce lapis iſte qui non audit nec videt, & tamen obedit verbo Dei, emittendo aquas abſque vlla percuſſiōe, multo fortius vos qui

Zacharias priuatur loquela.

qui eſtis rationales verbis domini debetis obedire abſque vlla flagellatione; in hoc ſanctitatē meam profeſsi fuiſſetis verbo & facto, quod quia non feciſtis, prout vobis præceperam, ideo nō introducetis hos populos, Hæc ex gloſſ. Venerab. Lyrani. Verùm & in alio loco, videlicet num. 11. Quanquàm dicit Moyſes ad Dominum. Sexcenta millia peditum huius populi ſunt: & tu dicis, Dabo eis eſum carnium menſe integro: ex eo non peccaſſe infidelitate mōſtratur, quod nulla eum ſubſecuta eſt pœna vel criminis redargutio: Non enim impoſsibile eſſe Deo illud exiſtimauit, ſed modum quo adimpleturus eſſet, requiſiuit. Simile de beata Virgine, cùm Angelo Chriſti incarnationem nuncianti reſponderet, legimus apud Lucā; Quomodo (inquit) fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Legerat quippe Virginem parituram, ſciebatque impleri oportere, quæ ab Angelo nunciabantur. modum autem quo fieri deberet, nec legerat, nec ab Angelo adhuc audierat. Hoc namque, myſterium à ſæculis erat abſconditum, à prophetis nō prædictum, ſed Angelo reſeruatum. B. Ambr. comparationem inter Saram, Mariam, & Zachariam colligens, inquit: Cur non fuerunt mutæ ſicut Zacharias? ſed Sara & Maria non dubitant faciendum, quod promittitur, ſed modum requirūt. Zacharias, qui negat ſcire, negat ſe credere, & alium authorem ſuæ fidei quærit. Et ideo accepit ſignum tacendi, quia ſigna non fidelib⁹,

Luc 1. Virgo Maria non dubitauit.

Ambroſij Comparatio.

ſed infidelibus dantur. Cùm ergo Moyſes Nu. 11. nõn fuerit à domino redargutus, liquido cõ ſtat; non peccaſſe tunc infidelitate, ſed modũ, quo adimpleturũs eſſet Deus, quod repromiſe rat, requiſiuiſſe.

EXPLICATIO XLII.

Scriptum eſt in libro bellorũ Domini. Nume. 21. C.

SVMMAE.

I. *Liber bellorum Domini quid ſit.*

II, *Liber Iuſtorum quid ſit.*

III. *Libri multi Sacræ ſcripturæ non inueniuntur.*

Num. 21. EIT in ſacra ſcriptura mentio de libro bellorum Domini & de libro iuſtorum, qui cùm in manus adhuc non venerint latinorum, plerique exiſtimant, non eſſe tranſlatos, ſed apud Hebræos latere. Verùm cùm nulla id ferat hiſtoria, neque chriſtiani ex
I. Hebræis ad Chriſtum conuerſi, hoc aſſerant. f
Hieronyn. Neque Beatus Hieronymus hebraicarum literarum cum cupidus tum peritiſsimus, ſe vnquam illos vidiſſe teſtetur, mirum eſt, quomodo latere apud Hebræos poſsint. Sunt ergo q̃ cenſent, librum Numeri, vbi bella & victoriæ Iudæorum poſteris conſcribuntur, eſſe librum bellorum Domini. Propterea quòd narrantur bella, quæ diuina virtute protecti geſſerunt Hebræi.

Opiniones diuerſæ de lib. bellorum.

bræi. Aug. autem in eum locum ſcribens, non definit, ſed quærendo inueſtigat, quis nam ſit iſte iuſtorum liber. † Ait enim, nõ dixit in quo libro ſcriptum ſit, vel cuius prophetæ vel patriarchæ. neq; negandum eſt, fuiſſe iam libros ſiue Chaldeorum vnde egreſſus eſt Abraham; ſiue Aegyptiorũ, vbi didicerat Moyſes omnẽ illorũ ſapientiá, vel cuiuſlibet alterius gẽtis, in quorũ librorũ aliquo, potuit hoc eſſe ſcriptũ. Qui tamen non ideo ſit aſſumendus in eas ſcripturas, quibus diuina commẽdatur auctoritas. Licuit enim diuinę auctoritati, vnde voluit verum teſtimonium ſumere: ſed non ideo omnia quæ ibi ſcripta ſunt, accipienda confirmat. De libro autẽ iuſtorum cuius meminit ſcriptura, Ioſue 10: putant aliqui librum eſſe duodecim prophetarum, quoniam in prophetia Abacuc cap. 3. ſcribitur: Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo. Porrò hæc opinio difficilis eſt, quæ defendatur, cùm Abacuc poſt octingentos, & amplius annos à morte Ioſue prophetiam ſcripſerit, & in textu dicitur. Nonne ſcriptum eſt hoc in libro iuſtorum? Propterea Hebræi aſſeuerant, librũ iuſtorũ, eſſe librum Geneſis, propterea quòd ibi Abrahæ, Iſaac & Iacob, qui mirum in modũ iuſti apud Deũ fuere, gẽſta conſcribuntur. Aſſerunt verò ibi eſſe ſcriptum, vbi benedicit Iacob ſuper Manaſſe & Ephraim. Gen. 48. De Ephraim enim dicitur ſemen eius creſcet in gentes, vel iuxta Hebræos, & ſemen eius congregabit gentes, vel congregatio

August. ſuper 20. ca. Nu.

Ioſue. 10. Abacu. 3.

Hebræorũ opinio dé li. iuſtorũ.

Gen. 48.

Ioſue 10. gentium. Quod adimpletum credūt de Ioſue, qui de ſemine Ephraim ortus erat. Dicente quippe eo: Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon. cōgregantur Iſraëlitæ coram Ioſue admirantes, gratiasque Deo agentes, quod hoſtes proſtrauerint. At hæc Hebræorum aſſertio nimis extranea videtur. præſertim quòd de ſtatione Solis & Lunæ nihil meminit, Gloſ. ordin. Rabano attributa ſuper verbum, ſicut ſcriptum eſt in libro iuſtorum; exiſtimat ſicut & multos alios iniuria tēporum, incurſioneque bellorum librum deperditum. † Verba illius ſubſcribam: Hunc librum nuſquam reperiri aſſeuerant, ſicut librū bellorum domini, cuius in libro numerorum mentio fit. Nu. 21. & carmina Salomonis, Reg. 4. & diſputationes eius de natura lignorum, herbarum, iumentorum, volucrum, reptilium, & piſcium. Vel quòd in lib. verborum, dierū. 2. Paral. 9. Reliqua vero operū Salomonis priorum, & nouiſsimorum ſcripta ſunt in libris Nathan prophetæ, & Aiæ Silonitis, in viſione quoque Addo videntis contra Ieroboam filiū Nabath, & multa volumina huiuſmodi, quæ ſcriptura fuiſſe probat, ſed hodie non eſſe conſtat. Vaſtata enim à Chaldeis Iudæa, bibliotheca hoſtili igne conſumpta eſt. Pauci autem libri Eſdræ pontificis ex prophetis induſtria re parati vel reſtaurati ſunt. Hic vero Eſdras ſcriba in lege Dei fuit, qui promptiores literarum figuras; quā hactenus hebræi habuiſſēt, reperit.

Glo. Ordin Rabano attributa.

III.

3. Reg 4.

2. Paralip. 9

Libri reparati p Eſdr.

Sed

Sed.n. qui dicunt librū iuſtorum eſſe librū Re- 1. Eſdræ 7.
gum;vbi continentur prophetæ iuſti,Samuel, 1 Reg 15.
Gad & Nathan,in quo ſcriptum eſt, quomodo Saul recedens à timore domini,per inobedientiam perijt.

EXPLICATIO XLIII.

Non eſt Deus quaſi homo &c. Nume. 23.

SVMMÆ.

I. *Deus non mentitur.*

II. *Deus quomodo mutatur.*

III. *Deus vult aliqua fieri ſecundum cauſas ſuperiores quæ non vult ſecūdum cauſas inferiores.*

IIII. *Ezechias ſecundum cauſas inferiores erat moriturus.*

V. *Prophetæ non mentiuntur ſi non euenerit quod prædicunt.*

VI. *Ionas non eſt mentitus licèt ſubuerſio Niniuæ non ſit ſecuta.*

VII. *Signum falſi prophetæ edoctum à Moyſe. Deu. 18.*

QVANQVAM verba hæc ſint mali prophetæ Balaam ad Balach regem Moab, tamen per eum tunc dominus loquebatur, quoniam per alium prophetam ait: † Ego ſum Deus, & non mutor. & per apoſtolum Iacobum 1.cap.de eo dicitur,

Deut.18. Num 23. Malach. 3. Iacob.1. 1.

Contradictio in ſcriptura. apud quem non eſt tranſmutatio, neque viciſſitudinis obumbratio. *Sæpe tamen in ſanctis*
Gen. 6. ſcripturis aliud, q̃ quod ille prædixerat legitur euenisse; & eum pœnitere, mutareque ſentẽtiã ſi quam antea prætulerat. Apud enim Ieremiã
Hierem. 18 18. cap. ſcriptum eſt; Si pœnitentiam egerit gẽs illa à malo ſuo; quod locutus ſum aduerſus eã:
Exponitur propoſitio agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Mutatur ergo Deus, cùm
Ionæ. 3. pœnitentibus parcit. Legitur quoque apud
Iſa. 38. Ionam. 3. cap. Deum Niniuæ minatum fuiſſe ſubuerſionem, quæ tamen, reuocata per eum ſententia, minime ſubſecuta eſt. Pariter Iſaias 38. dixit Ezechiæ regi. Hæc dicit domin⁹: Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues; neque tamen moritur Ezechias; ſed quindecim annis ſuperuixit. Videtur ergo ſcripturam haud ſibi conſtare, quod dicat, Deum non mentiri neque quaſi filium hominis mutari. Et alibi reperat eum mutaſſe, vel reuocaſſe ſentẽ-
II. tiam, iam antea latam: ✝ Quidam ſoluunt dicen-
Solutio quorundã. tes: Quæ Deus affirmatiuè dixerit inreuocabiliter euenire: Quæ vero interrogatiuè, ſiue ſub conditione dicuntur; poſſe mutari. Iſtiuſmodi ſunt exempla ſuperius poſita, quippe quę non definitiuè, ſed adiecta conditione, niſi egerint
Alia ſolutio. pœnitentiam ſunt à Deo comminata. Alij vero dicunt, Solere ſæpenumero accidere, multa à prophetis, ſanctiſque viris in eorum vaticinijs miſceri, quæ Deus expreſſe non man-
Ionæ. 3. 2. Reg. 24. dauerat: Vt Ionæ non fuit dictum, adhuc qua-

dra-

draginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et Gad propheta non habuit in mandatis de morte trium dierum, quam Dauid prænuntiaret. Vna enim tantum dies viguit peſtilentia. Quæ ergo à Deo dicunt, euenire neceſſe eſt, quæ vero à propheta, & non à Deo, aut non eueniunt, aut immutantur. Communis tamen reſponſio, quam arbitror veriorem, eſt, quòd cùm tam Dei ſcientia, q̃ illius ſubſtãtia omnino ſit immutabilis, immutabilẽ quoq; eũ habere voluntatẽ neceſſe eſt. Mutari autem dicitur ob variationem ſecundarum cauſarum. ‡ Hinc fit Deum interdum velle aliqua fieri iuxta cauſas ſuperiores & ipſius præſcientiæ ſtabilitatem. Et hæc euenire ſemper oportet. Interdũ verò aliqua velle ſecundum cauſas inferiores, vt puta ſecũdum naturę vel meritorum hominum diſpoſitionem. Eſt ergo rerũ faciendarum duplex ordo apud Deum, vnus infallibilis præſcientiæ, alter ordinis ſecundarum cauſarum. Mortuo quidem Lazaro, iuxta cauſas inferiores vere dici poterat, Lazarus non reſurget, ſed iuxta cauſas ſuperiores certo etiam dici potuiſſet, Lazarus reſurget. Vtrumque autem Deus vult, Videlicet quippiam fieri ſecũdum cauſas ſuperiores, quod non vult ſecundum cauſas inferiores; vel contra, aliquid vult euenire iuxta cauſas inferiores, quod minime fieri vult ſecundum ſuperiores cauſas. Hac igitur ſuperiorum & inferiorum cauſarum diſtinctione ſoluitur apparens contradictio ſcripturæ.

Solutio Cõmunis & verior.

III.

Ordo duplex.

Hinc ea ratione factum eſt, Niniuem iuxta verbum Ionæ Prophetæ, poſt quadraginta dies minime fuiſſe ſubuerſam. Equidem ſcelera illius populi apud iratũ Deum, vrbis ruinã merebãtur: Et hoc tantũ Ionæ reuelatur. Aſt in ordine cauſarũ primarũ erat repoſitũ, vt quia in ſacco, cinere, & cilicio pœnitentiam acturi eſſent, ſubuerſionis non ſequeretur effectus. Cũ ergo peccatorum merita, quæ cauſam excidio vrbis dabant, fuiſſent per pœnitentiam ſublata; neceſſum quoque fuit, auferri ſubuerſionis effectum. Neque propterea mentitus eſt Ionas, quia iuxta cauſas ſecundas, quatenus à Deo reuelationem ſuſceperat, vaticinatus eſt. Nam ſi à Niniuitis pœnitentia non ageretur, Niniue à ſubuerſione non liberaretur. † Pari ratione dicendum eſt de Ezechia rege, cui prædicit mortem Iſaias. Iuxta enim periodum, ſiue terminum vitæ ſuæ naturalem, mori debebat Ezechias, & hoc reuelatum Iſaiæ. Verùm in mente diuina ſecus erat ordinatum. Videlicet precibus, & lachrymis ipſius, augendos illi adhuc eſſe quindecim annos; quod vtique latebat Iſaiam. † Qua de re non mentiuntur Prophetæ, cum quæ prædicunt non eueniunt. Quandoquidem ſecundum cauſas inferiores, quas illis reuelat Deus, euenire debebat; ſed ſecundum cauſas ſuperiores, quæ non reuelabantur, minime erat venturum. Hæc breuiori cõpendio dici poſſunt. Fit rei futuræ impreſſio in

Ionas non mentitus eſt. Ioan. 3. Ionæ. 3. Iſa 38.

IIII.

V

ſio in mente Prophetæ ſecũdum æternam Dei præcognitionem, & hæc infallibiliter euenit, vocaturque à Theologis Prophetia prædeſtinationis. Fit quoque interdum rei futuræ impreſsio, non prout eſt in mẽte diuina, ſed quatenus ab ordine cauſarum ſecundarum dependet: & hoc non ſemper euenit. Quandoquidẽ cauſæ variantur. Hanc Theologi Prophetiam comminationis appellant. De his Gloſſa Rabani in caput 20. 4. Regum ita ait: Cuncta Deus ſecutura præſciens, ante ſecula decreuit, quatenus per ſecula diſponantur. Statutum ergo, quantum in ipſa vita mortali temporaliter viuatur. † Nam etſi annos 15. Ezechiæ addidit Deus, eum tamen cùm mori permiſit tunc præſciuit eſſe moriturum. Cui cùm mortis ſententia dicta eſt; protinus ad eius lachrymas vita eſt addita. Eo quidem tempore mori merebatur, quo elatus Domino gratias pro inopinata victoria non reddidit, ſcilicet quia ſuæ iuſtitiæ & meritis deputauit, nec præfixum in præſcientia Dei tempus vitæ productum eſt: ſed illud quod peccando amiſerat, ex largitate Dei redditum fuit. Qui cum moriturum prædixit, antè pœnitentiam illius præſciuit. † Dubium verò eſt quod in libro Deuteronomij 18. Moyſes ſignum falſi Prophetæ docens ait: Quod in nomine domini Propheta ille prædixerit & non euenerit; Hoc dominus non eſt locutus. Poſſet ergo quis dubitare, neque Ionæ, neque Iſaiæ Dominum locutum; cum v-

Impreſſio rei futuræ dupliciter fieri poteſt.

Prophetia duplex.

VI.

VII.

Dubiũ ex Deut. 18.

Signũ falſi prophetæ.

triuſque prædictio ſubſecuta non fuerit. Neq; ſatisfacit id, quod dicitur eos vaticinatos fuiſſe ſecundum ordinem cauſarum ſecundarum. Quippe quod abſolute vnus dicit: Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur, & Alter, nulla conditione adiecta inquit: Diſpone domui tuæ; quia morieris & non viues. Reſpondendum, eſt id poſtea cognoſci, vel quia eidem Prophetæ reuelatur ſuperiorum cauſarum ordo, ſicut Iſaiæ ait Dominus, Ecce ego adijciam ſuper dies tuos (Ezechiæ loquitur) quindecim annos. & Ionæ cùm ait: Tu doles ſuper ederá,
Ionæ.3. in qua non laboraſti, neque feciſti vt creſceret, & ego non parcam Niniuæ ciuitati magnæ. Hinc manifeſte didicerunt Prophetæ non reuolauiſſe Dominum, quod in diuina præſcientia continebatur. Vel apertiſsime cognoſci poteſt per cauſæ mutationem: ſiquidem viſæ ſunt lachrymæ orationesq; regis Ezechiæ; propter quas cum mortis effectus impediretur, agnouit Iſaias prophetiã eſſe comminationis. Niniuitarum etiam pœnitẽtia cunctis patuit. Cumque ſubuerſionis effectus minimè fuerit ſecutus; prophetia Ionæ comminationis eſſe intellecta eſt. Quamobrem rectè dicitur: *Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur, neque vt filius hominis, quòd mutetur.* Quæ enim prædeſtinata præſcitaque fuerint à Deo, euenire neceſſum eſt: Quæ verò mutantur, ita fermè mutantur, vt non Deus ſed eorum cauſæ mutentur.

EX-

EXPLICATIO XLIIII.

De Iacob erit qui dominetur in Iſra-el.Num. 24.

SVMMAE.

I. *Balaam vaticinatur de Chriſto.*

II. *Balaam vaticinium exponitur.*

SVNT qui prophetiam Balaam referant iuxta aliquos Hebræos ad Salomonem, quoniam de eo ſcribitur, 3. Regum 10. Magnificatus eſt ergo Rex Salomon ſuper omnes reges terræ. & infra, Et ſinguli deferabant ei munera: vbi verificari dicunt verba Balaam dicentis: *De Iacob erit, qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis*. Rabi verò Salomon quod hic dicitur: *de Iacob erit, qui dominetur*, & in Pſal. 71. latius explicatur. Et dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum, † de Meſsia omnino intelligendum cenſet. Et quod ſequitur, *& perdet reliquias ciuitatis*, Romam quæ fuit ciuitas omnium famoſiſsima putat eſſe intelligendam. Credidit enim Rabi Salomon, Meſsiam, Romanum Imperium vi & armis occupaturum. Porrò falſo (vt videtur manifeſto) nititur fundamento: Tum quia primus Meſsiæ aduentus iam præterijt, & ſuo tempore præterierat: Tũ quia non in exercitu, humanaq; potẽtia, ſed in hu-

Num. 42. exponitur propoſitio 3. Reg. 10. Rabi Salo-mon. Pſal. 71. I. Roma famoſiſſima ciuitas.

populi, quia Abel mortuus fuit ſine filijs, & filij Caim fuerunt deleti in diluuio. Dicuntur autem vaſtari filij Seth per conuerſionem ad fidem catholicam, quia deſierunt eſſe, quod erãt per infidelitatẽ, ſicut dicitur Prouerb. 12. Vertè impios, & non erunt, ſupple impij; ſicut erãt prius. Et erit Idumea poſſeſsio eius, &c. Per Edom, & Seyr, ſecundum hebræos, intelligitur ciuitas Romana: & ipſa facta eſt poſſeſsio Chriſti, quia facta eſt ſedes principalis ſui Vicarij. De Iacob erit, qui dominetur, ſcilicet vniuerſaliter, quia Chriſto ſubiecta ſunt omnia, ſecundum quod dicitur Matt. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Et perdet reliquias ciuitatis, id eſt, congregationis malorum obſtinatorum, qui ſunt ciuitas diaboli, ſicut & iuſti ſunt ciuitas Dei.

Filij Seth conuerſi ad fidem. Pro. 12.

Edom & Seyr quid.

Sedes Petri.

Matth. 28.

EXPLICATIO XLV.

Nõ addetis ad verbum quod loquor vobis. Deut. 4. D.

SVMMAE.

I. *Traditiones Eccleſiæ non ſunt contra verbum Dei.*

II. *Traditiones hominum quæ ſunt.*

III. *Scripturæ additio vel diminutio quomodo prohibetur.*

IIII. *Libri qui additi ſunt ad ſcripturam.*

V. *Eccleſia aliquos libros recepit aliquos non.*

VI. *Scriptura vbi non loquitur, mos populi Dei, qui eſt eccleſia, tenendus eſt.*

Deut 4. PRAECEPIT Moyſes filijs Iſrael ne quicquam adderent, aut detraherent legi, dicens: *Non addetis ad verbum*
Deut. 12. *quod vobis loquor nec auferetis ex eo.* Et
Hæreticorũ aſſertio. in calce xij. cap. eiuſdem libri concludit: *Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicq; nec diminuas*, manifeſte aiunt hæretici conuincuntur Papiſtæ his verbis, & nec habere poſſunt quid reſpondeant, cùm præcepta humana traditiones hominum cæremoniasq; multas iubent citra ſcripturam ita in eccleſia
Exponitur propoſitio obſeruari, vt eas diuino verbo, Deiq; præceptis etiam præferant: Quoniam, inquit Moyſes:
1 *non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ab eo.* †Non conuincuntur autem Catholici alicuius erroris, cùm præcepta in ædificationem Eccleſię, ex verbo Dei explicant vel addunt, ſed potius ipſi imperitiæ arguuntur; qui Moyſis ſententiam non tenent. Siquidem non ea eſt verborum illius ſententia, auferre ſcilicet vt putát, à prælatis eccleſiæ auctoritatem; quo magis ad illius ædificationem poſsint ſubditis quædam præcipere, ſed docere volunt huma-
Differentia inter diuina & humana præcepta. nas traditiones cum verbo Dei pugnantes, eſſe reijciendas, diſcrimenq; omnino agnoſci inter diuina, & humana præcepta; & demum volunt populum ita contineri in terminis Sacræ
Matt.15. ſcripturæ, vt non liceat ei nouas opiniones, &
II aduentitias, fallacesq; ſequi. †Nam in Euange-

lio

ſio Chriſtus Matt. 15. non omnes phariſæorum & ſcribarum traditiones repulit, ſed quę vel cũ verbo Dei pugnarent, vel propter quas ſermo Dei relinqueretur. Inquit. n. Quare vos transgredimini perceptum Dei propter traditiones veſtras? & infra: Et irritum feciſtis mandatum Dei? Demumq́; concludens ait: Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus eradicabitur. Illæ. n. ſunt nouellæ plãtationes, quas haud agnoſcit pater, quæ no promouent, non adiuuant, ſed irritum faciunt illius mãdatum. † Venerabilis Gloſſa ordinaria ſuper hæc verba noſtram interpretationem cõfirmans, ſcribit: Docet normam æquitatis, & omnem hęreſim percutit. Vetat enim rectæ doctrinæ aliquid prauę intẽtionis addere, vel aliquid veritatis ſubtrahere. Via enim regia incedendum eſt, nõ ad dexteram vel ad ſiniſtram. Vnde? Quia rectæ vię domini, & iuſti ambulabunt in eis. Oſeę 14. Similiter ait Ioãnes: Siquis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Siquis diminuerit, auferet Deus partẽ eius de lib. vitæ. Quo circa hoc loci prohibetur additio vel diminutio, intellectum, verumque ſenſum, & veritatem legis deprauans. Additio autem, quæ declarat, elucidat, adiuuat, promouet verbum Dei, & quę latentia ſunt, eruit in lucem, nequaquam prohibetur. Scriptum eſt enim Eccleſi. 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. † Præterea ſi ne verbum quidẽ addendum eſt legi: peccauit is, qui hiſtoriã de

III. Gloſſ. ordinaria.

Oſeæ. 14.

Apoc. 22.

Eccleſ. 24.

IIII.

morte

Deut 33. morte Moyſis appoſuit, & alia multa de quibus ille non meminit. Rurſus libri prophetarũ quos pro verbo Dei recipimus, poſteriores ſunt;& ad legem additi. Peccauerũt ergo prophetæ libros edendo. Peccauit Eccleſia eos recipiendo. Non peccarunt Samaritani, aut alij qui libros Moyſis quinque, cæteris exploſis, receperunt, Quamobrem cum dicit, *non addetis ad verbum quod loquor vobis*, percutit hæreticos, qui relicta communi religione communique vſu in Eccleſia viuendi, quem legitimè Prælati ad ædificationem Eccleſiæ inſtituerũt; nouas, fallaces, & diabolicas ſequuntur inuentiones. Sanè igitur verba hæc ad populum cuius eſt obedire, non ad Prælatos (quorum eſt ordinare) diriguntur. Siquidẽ quotidie aliquid populo vel præcipitur, vel per ſuos Prælatos
Ioan. 16. declaratur. Dixit enim Dominus Apoſtolis: Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis
V. portare modo. Cum ergo † Sacra ſcriptura tot ſit profundis myſterijs referta, vt plerunque
2. Pet. 3. ſecundum Petri ſententiam, 2. Pet. 3. ab indoctis & inſtabilibus ad ſuam ipſorum perditionem deprauetur; non vtique exiſtimanda eſt additio vel diminutio illius, ſi ſalutaris & luculentior à partibus adhibeatur explicatio. Pa-
Recepti euangeliorũ. tres enim cum vnanimi conſenſu, exploſis Bartholomæi, Thadæi, Philippi, & Nicodemi Euangelijs, Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem receperunt, nihil ad ſcripturam Sacram addidiſſe vel detraxiſſe videntur. Quandoquidem

dem idē Spiritus ſanctus, qui in Chriſto & A-poſtolis loquebatur, ſcripturarum quoque interpretationē reuelauit. & proinde in eis Chriſtum & Spiritum ſanctum audimus, nec creditur Aug. ſcripturam interpretanti, quia homo ſit, ſed Spiritui ſancto in eo ſcripturam explicanti. Quæ poſtea cùm publico & vnanimi cōſenſu patrū & Eccleſiæ fuerit approbata, vim habet veritatis, & ab ea diſcedere non licet. ✝ De his Aug. ſic ad Caſulanum loquitur: In his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, Mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt. Et ſicut præuaricatores diuinarum Legum, ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt. Et idem Aug. in lib. de Fide Chriſtiana ita dixit: Catholica eccleſia per orbem terrarum diffuſa tribus modis probatur exiſtere. Quicquid enim in ea tenetur, aut auctoritas eſt ſcripturarū, aut traditio vniuerſalis, aut certe ꝓpria & particularis inſtitutio; Sed auctoritate ſcripturæ conſtringitur, & vniuerſali traditione maiorum, nihilominus tota. Priuatis verò conſtitutionibus & proprijs informationibus vnaquæque pro locorum varietate, pro vt cuique viſum eſt, & ſubſiſtit & regitur. Hæc Aug. quæ repetuntur in can. in his. & can. ſeq. xj. diſt.

Mar. 13. Luc. 12. Eph. 5. Heb. 2. Actor. 1. 2. Pet. 1. Augu. cur creditur. Augu. ad Caſulanū. VI. Aug. in li. de fide chriſtia.

EXPLICATIO XLVI.

Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, &c. Deut. 6. C. Exod. 23. E. Matthe. 4. B.

SVMMAE.

I. Iudæis quare toties præcipitur Dei cultus.
II. Adoratio ſanctorum quare præcipitur Chriſtianis.
III. Adorationis genera tria ſunt.
IIII. Latria, Dulia, Hyperdulia quid ſignificant.
V. Deus quo cultu ſit adorandus.
VI. Sancti adorantur Dulia.
VII. Homines digniores adorantur Hyperdulia.

Deut. 6. Hoc loco abuſi ſunt hæretici. SAEPE ex his auctoritatibus, & alijs Sacræ ſcripturæ locis, perſeueranter docent hæretici, Vnum ſolum Deum eſſe adorandum, peſsimeque eos peccare, qui vel Sanctos adorant, vel imagines venerantur: quoniam Deum ſolum eſſe adorandum, illique ſoli eſſe ſeruiendum vbique docuit ſcriptura. Sed fatẽtur etiã Catholici omnes Deo ſoli eſſe ſeruiendũ, eumq; ſolũ adorandũ atq; timendũ. Et hoc Catholica aſſertio. pręceptum vnicuique eſſe datum, vt præteriri ſine

ſine Idololatriæ culpa non poſsit. Verùm populum Iudaicum, cui primò præceptum datũ eſt à populo Chriſtiano diſtingui neceſſe eſt. *Exponitur propoſitio*

†Oportuit enim ſæpenumero Iudaicum populum moneri, vnicum Deum cœli colere, & ab omni Idololatriæ occaſione, ne in eam laberetur, deterreri. Propterea quòd ſcriptum legis, qui eſt timoris, habebat; & diabolo late per totum orbem ſuis verſutijs dominante, in medio populorum Idolatrantium verſabatur. Qua de re præcipue Exod. 23. præcipit Moyſes, vt euerſis Amorrhæis, Ethæis, & Pherezæis Chananæisq; & Heuæis, & Iebuſæis non adoret Deos eorum neque colat eos, dicens: *Non adorabis Deos eorum, nec coles eos, non facies opera eorum, ſed destrues eos, & confringes ſtatuas eorum. Seruietisq; Domino Deo veſtro.* Non adorabis inquam, (exteriorem eis reuerentiam exhibendo) neque coles (animo videlicet interiori) neque facies opera eorum, id eſt, nullos imitaberis actus falſæ religionis; Imò vt omnis eorum memoria deſtruatur, confringes ſtatuas eorum, templaque diſsipabis. Tu vero ſeruies domino Deo tuo, vt benedicat tibi, rebusque tuis. Hæc inquam circa populum Iudaicum fieri & ſæpe præcipi neceſſe fuit: Is namque populus duræ ceruicis, & ad Idololatriam perpetuò pronus extitit, vt de eo dicat Deus: Quadraginta annis proximus fui generationi huic; & dixi, ſemper hi errant corde. I. *Exod. 23.* *Iudaicus populus duræ ceruicis.* *Pſal. 94.* *Rom. 8.*

†At Chriſtianis, qui in ſpiritu adoptionis clamant II.

mant Abba Pater, & per Chriſtum, verum Deum cœli toto corde diligunt, nihil periculi eſt; ſi vel adorent ſanctos, vel imagines venerentur. Nemo enim eorum eſt, qui non cenſeat Deum ſolum ſumma veneratione coli oportere: abhorreatque idololatriam quàm ma
III. ximè, & deteſtetur. † Vnde B. Auguſt. lib. 10.
Aug li. 10. de ci. dei. cap. 1. de Ciui. cap. 1. & in Enchiridion ad Laurentium cap. 2. Tria docuit adorationis genera, Latriæ, Duliæ, Hyperduliæ. Græcis autem nominibus appellauit illa, quod latina non ſatis
IIII. apta vocabula haberet. † Latriæ autem cultum ſoli Deo debitùm; duliæ verò & hyperduliæ ad omnes quoque pertinere voluit. Hæc
Bonauen. in 3 ſent. diſt. 9. dominus Bonauen in 3. ſent. diſtin. 9. pertractans ſic explicauit: Latria, in quantum virtus, eſt habitus inclinans hominem ad exhibendũ
La. tria. Dulia. Hyperdulia. deo obſequium debitum in ratione vniuerſalis dominij. Dulia eſt habitus, inclinans ad exhibēdum obſequium hominibus ad honorem debitum. Hyperdulia eſt obſequium, quod debetur alijs perſonis excellentioribus, vt Chriſto homini, & beatæ Virgini, Ita quòd Latria ſoli deo; Dulia puræ creaturæ; Hyperdulia ex-
V. cellenti creaturæ debeatur. Hæc Bonauentu-
Auguſt. vt ſup. ra. † Quamobrem ſi quæras quo cultu, quave ſeruitute colendus ſit Deus: Reſpondet Aug. Cultu, ſeruituteque latriæ colendus. Rurſus ſi quæras, in quibus conſiſtat, breuiter reſpondet eodem lib. Enchiridion cap. 2. Deſideras (ait) breuiter aperiri, atque in ſermonem bre
uem

uem colligi, quonam modo colendus ſit deus? Reſpondeo; Fide, ſpe, & charitate colendum. Colitur quippe Deus fide, cùm creatorem, conſeruatorem, reparatorem, finem, & beatitudinem rerum omnium, eſſe credimus. Colitur ſpe, quando omnem noſtri noſtrarumque rerum curam, & ſolicitudinem in eum reijcientes, confidenter pendemus ab eo. Colitur charitate, cùm cæteris ſpretis creaturis, vſque ad contemptum noſtri eum toto corde diligimus. Quocirca, qui hoc modo in deum credit, ſperat, & diligit; Latriæ cultu adorat, & colit Deum. Duliæ verò, † quam ſeruitutem reuerentiæ dicere poſſumus, creaturas intellectuales adoramus; quatenus inſignis aliqua virtus relucet in illis, puta, ſapientia, prophetia, ſcientia, gratia, & cætera à Deo præſtita. Qua certe adoratione Moyſes adorauit Ietro ſocerum ſuum, Exod. 18. & Iacob Eſau, Gene. 33. & Dauid Ionatham, 1. Regum 20. & Pharao honorauit Ioſeph, Gene. 43. & Nabuchdonoſor Danielem, Danie. 2. &c. † Hyperdulia quaſi excellentem Duliam dictam, nihil ferme à Dulia differt, niſi quòd propter præſtantiorem virtutem præſtantior cultus exhibetur. Quo pacto in terris adoratur Papa inter clericos, Imperator inter laicos, Reges inter Principes, & Domini inter ſubditos, quoniã ſuper populos & regna cõſtituuntur à Deo. In cœlis verò beatã Chriſti humanitatẽ, Mariamq; ſemper Virginẽ adoramus, Ii nempe, quoniam digniores

VI.

Exod. 18. Geneſ. 33. 1. Reg. 20. Geneſ. 43. Dan. 2.

VII.

ſunt à Deo conſecuti gratias, honores, excellẽtias ſupra cæteras creaturas, excellẽtiori quoque cultu conuenit honorari. Qua ratione David, cùm eſſet Rex, non repulit adorantes ſe ſuper faciem terrę, 2. Reg. 14. Nec Chriſtus reiecit adorationem matris filiorum Zebedei, Mat. 20. Neque reprehendit diſcipulos, magiſtrum & dominum eum vocantes. Quamobrem ex his (ni fallor) eſt manifeſtum, nullum eſſe idololatriæ genus: Si ſancti Dulia ſeruitute adorentur, quam creaturis etiam dari, teſtatur ſcriptura. Nullus autem catholicorum ita deſipit, vt fide, ſpe, & charitate adoret Sanctos, qui neque conditores neque reparatores orbis eſſe potuerunt. Neque aliquid habent, præter id quod à Deo accipiunt, vt hominibus largiantur. Si itaq; ſuis quibuſquã locis cultus, & reuerentia Dei & ſanctorum conſeruetur, nihil prorſus erit periculi incurrendæ Idololatriæ. Et iuxta interpretationem accipiendi ſunt loci ſanctæ ſcripturæ, in quibus de adoratione agitur: vt Deut. 6. Reg. 22. Iob 37. Pſal. 17. 19. 74. 115. Eccleſiaſt. 13. Hierem. 29. Ioel. 2. Matth. 4. & cæt.

David cur adorati nõ renuit. 2. Reg. 14.

Sancti quo modo ſunt adorandi.

Deut 6. 2. Reg. 22. Iob. 37. Num. 21.

EXPLICATIO XLVII.

Non ibitis poſt Deos alienos cunctarum gentium. Deut. 6. c. 10. D. Matt. 4. B.

SVMMAE.

I. *Cultus Dei & ſanctorum multum diffe-runt.*

II. *Sancti non adorantur vt Dij.*

III. *Deo ſolo ſeruiendi præceptum quomodo intelligitur.*

IIII. *Honor ſanctorum non detrahit honori diuino.*

EX eo, quod ait Moyſes in Deut. cap. 6. & 10. Idemq; ab euangeliſtis Matthæo & Luca cap. 4. recenſetur. *Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis. & non ibitis poſt Deos alienos cunctarum gentium.* Iniuſtè catholicos agere cenſent hæretici, qui citra Deum adorent imagines & ſanctos; Non enim dicit Deus adora me & alios; neque, ſeruies mihi & alijs, ſed dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies. † Verùm falsò calumniantur, cùm non intelligant latum diſcrimen inter adorationem vnius Dei, & ſanctorum à catholicis eſſe diffinitum. Vnum namque Deum ſummo cultu ſummáq; ſeruitute eſſe timendum, ex huius loci verbis præceptum vident, vt ſic omnis omnino idololatria ſecludatur. Intelliguntque nihil diuinæ prorſus maieſtati derogari, ſi eos, quos illa diuinis ſublimauit honoribus, voluitque ſecum in gloria eſſe, & vt nobis opitulari poſſent, largita eſt, adoremus, honoremusq;. † Iuſta ergo quidem ratione reprehen-

Hæretici his locis abuſi ſunt. Deut 6.10. Matth. & Luc. 4.

I.

Catholica aſſertio. Exponitur propoſitio.

Sancti deo æquales ſunt.

dendi eſſent, ſi ſanctos veluti Deos adorarent, aut Deo æquales facerent. At dices. Neque vnà cum Deo, neque ſeparatim adorandos docetur. *Illi enim ſoli ſeruies*, inquit. Reſpondet Aug. in gloſa ordin. ſuper Geneſ. cap. 23. in hęc verba, Quæritur, quomodo Abraham adorauit populũ terræ? Cùm ſcriptura dicat Deut. 6. *Dominum Deum tuum adorabis; & illi ſoli ſeruies*. Sed non eſt in pręcepto dictum, Dominum Deum tuum adorabis ſolum, ſicut dictũ eſt; Et illi ſoli ſeruies: Talis enim ſeruitus, quæ græce latreoſis dicitur, ſoli Deo debetur. Vnde damnantur Idololatræ, hanc ſeruitutem ſuis Idolis exhibentes. Auguſtinus ergo hanc literam diuidendam exiſtimat, vt fiat punctus inter *Dominum Deum tuum adorabis*, & aliam particulam, *Illi ſoli ſeruies*, vt verbum, *ſoli*, non ad *Dominum Deum tuum adorabis*, ſed ad illud *ſeruies*, referatur. Nam primum illud commune cum multis eſſe cenſet: hoc vero ſecundum ſoli Deo reſeruari. Quandoquidem Latriæ cultus ſoli Deo debet exhiberi: Animaduertant itaque Hæretici huius ſcripturæ ſenſum, & intelligant nihil gloriæ auferri à Deo, cùm ſanctos, quos nimis honorificauit ille, in eum; & propter eũ adoremus. Quòd ſi contra B. Aug. ſententiam adhuc contendas verbum, *ſoli*, ad vtranque particulam referri oportere; Nec etiam prædicta verba catholicos poterunt criminis arguere. Quandoquidem de ſolo Latriæ cultu, ſummaque illa qua Deum colimus ſeruitu-

Sancti deo æquales non ſunt.

Auguſt in glo ord. ſuper ge. cap. 23.

Deut. 6.

Auguſtin. 11.

uitute præcipiant. † De honore verò, & adora IIII.
tione creaturarum, quæ poſterior eſt, & nihil Dei honorê eneruat, loquitur nihil. Hinc poſt illa verba proſequitur Moyſes: *Non ibitis poſt Deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt.* Quo loci ſatis oſtenditur, prædicta verba, *Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies*, ad ſummum Dei cultum, quo excluditur Idololatria. pertinere; de eoque ſolo agi. Namq; id ſignificat: *Non ibitis poſt Deos alienos cunctarũ gentium*. Qui ergo Deũ ſummo colũt honore; vt catholici faciunt; nec ad Idololatriã diuertunt, colunt autem & venerantur poſt Deum, Sanctos, eiſque dignum honorem impendunt, minimè profectò contra Moyſis ſententiam veniunt, ſed quod ille præcepit obſeruant.

Catholici vnde ſummo colunt honore.

EXPLICATIO XLVIII.

Deus noſter & Deus deorum eſt, & dominus dominantium. Deuter. 10. D. Iſa. 45. A.

SVMMÆ.

I. *Deum eſſe vnum probatur ex ſcripturis.*
II. *Deus tribus modis accipitur.*
III. *Deus eſt idem in veteri teſtamento & in nouo.*

Deut. 10. Iſa 45. I.

SICVT in vno corpore dominatricem vnam cernimus animam, † ita in mundo vnum Deum cuncta potentem, qui regat & adminiſtret omnia, eſſe oportet. Hi enim qui plures eſſe Deos aſſeuerant, nihil aliud, meo iudicio faciunt, quàm quod nullum ſibi Deum conſtituant. Nam ſi Deus eſt, omnipotentem, ſummum, bonum, & infinitum eſſe oportet. Si igitur vnus cuncta poteſt, quid alij facient ocioſi? Et ſi ſummè bonus, infinitusque eſt, quam partem habere alij potuerunt diuinitatis? ſiue quo loco conſiſtet? Id enim appellamus infinitum, cuius quælibet pars infinita eſt; & neque minui, aut æquari, aut excedi poteſt. Non itaque plures Deos, ſed vnum tantum ſapientes docuerunt. Sacræ verò literæ, quarum infallibilis eſt veritas, tam in nouo, quàm in veteri teſtamento, vbique teſtantur, Vnum Deum creatorem cœli & terræ, ipſumq; omnipotentem, cuius bonitas eſt ineffabilis, maieſtas incomprehenſibilis, virtus & potentia infinita; atque finem omnium rerum, & fælicitatem. Sed duos tantùm locos ex veteri, duosq; alios ex nouo teſtamẽto in medium afferre ſufficiat. Primus Deut. cap. 10. deſcribitur à Moyſe. *Quia Dominus Deus veſter, ipſe eſt Deus deorũ, & Dominus dominantiũ Deus magnus, & potens, & terribilis:* Et parum ſuprà idẽ Moyſes ait. *En domini Dei tui cœlũ eſt, & cælũ cœli, terra & omnia quæ in ea ſunt.* Non potuit Moyſes clarioribus verbis Deum vnum deſcribere.

Exponitur propoſitio.

Primus locus eſt Deut. 10.

bere, quam *Deum Deorum, & Dominum dominantium*, magnum, & cuncta potentem appellare, *& illius eſſe cœlum, & cœlum cœli, terram, & omnia quæ in ea ſunt*, id eſt, illius eſt omnis creatura, quæ cæli ambitu continetur: cælum verò, ſiue cœlum empireum, quod per excellentiam dicitur, cœlum intelligatur; ſiue tres cœlos, Aëreum Aethereum & Sydereum amplectatur; ſiue, vt nonnulli volunt, ſeptem cœlos comprehendat. Primum Aëreum, ſecundum Aethereum, tertium Olimpium, quartum Igneum, quintum Firmamentum, ſextũ Aqueum, ſeptimum Angelorum: id tamen verè conſtat neque in cœlo, neque in terra, alium eſſe Deum præter Deum noſtrum; qui cunctis rebus dominantur. Quod verò inquit *Deus Deorum*, non intendit alios præter vnum aſſerere Deos; neque eos eſſe qui fiunt, vel ab hominibus vocantur Dij; Nam Dij gentium Dæmonia: ſed Angelos, cæleſteſque virtutes, aliosque heroes qui aliquando appellantur Dij, cæteraſq; virtutes intelligit. Alius locus ad probandum Dei vnitatem in veteri teſtamento ex Iſaia Propheta deſumitur, ca. 45. *Ego Dominus, & non eſt alius. extra me non eſt Deus*. Et in eodem loco: *Ego Dominus & nõ eſt alius*. Et in eodem loco: *Nunquid non ego Deus, & non eſt vltra Deus abſque me?* Audis hic Prophetam toties repetẽtem: *Ego Dominus & nõ eſt alter, & nõ eſt alius, & nõ eſt Deus abſq; me*. Eſt quidem Deus, & Dominus pater; Deꝰ, & do-

Cœlũ quod modo intelligatur

Cœli quot ſint.

Pſal. 95.
Pſal. 81. & 1. Cor. 8.
Secundus locus eſt,
Iſa. 45.
11.

Athan, in ſymbolo tres perſonæ diuinæ vnus deus.

& dominus Filius; Deus & Dominus Spiritus ſanctus; ſed non ſunt abſque Deo. Quoniam harum trium perſonarum vnica, & indiuidua eſt ſubſtantia, ſiue eſſentia; Et hæc ex veteri teſtamento deſumpſiſſe ſufficiat. In nouo autem teſtamento ita B. Paulus 1. Corin. 8. Dei vnitatē probat: *Scimus quod nullus eſt Deus niſi vnus. Nam etſi ſunt qui dicantur Dij ſiue in cœlo, ſiue in terra; (Siquidem ſunt Dij multi & Domini multi) nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illum, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia, & nos per ipſum.* Ac ſi dicat Apoſtolus: Sint gentilibus plures Dij, quos hominū opiniōe fingāt; Nobis vero Chriſtianis, qui ſapimus, veritatéq; cōplexi ſummus, ſit vnus Deus, à quo omnia & p quē omnia.

Primus locus eſt, in 1. Cor. 8.

III

Tribus verò modis nomen, Deus, accipitur in ſcripturis.

Primo.

Primo ſubſtantiuè, & tunc ſignificat Trinitatem, quia Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus id eſt, ipſa Trinitas, Vnus Deus eſt.

Secundo.

Secundo accipitur adoptiuè, quo nomine omnes Sancti, per adoptionis gratiam, & participationem deitatis vocantur Dij. de quibus ſcribitur: Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes.

Tertio.

Tertio accipitur nuncupatiuè, & ſignificat Dæmones, Idola, Solem & Lunam, aliasq; creaturas, quas falſo putauit antiquitas eſſe Deos; Vnde cum in ſcripturis dicitur, *Deum noſtrum Deum eſſe Deorum*, De ſanctis intelligi debet; qui participatione dicti ſunt dij.

Pſal. 46.

Et idem Paulus in Epiſtola ad Galatas, ca. 4. ſcribit, Vnus dominus,

vna

vna fides, & vnum baptiſma. Vnus Deus, & pater omniũ, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Iam ergo ex præmiſsis verè confutatur non ſolùm gentilium, ſed Manichæi, & Cerdonis hæretici error. Cerdo enim referente Ireneo lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 28. & B. Aug. lib. de hæreſibus. cap. 21. dicebat, Deum legis & Prophetarum nõ eſſe eũdem, qui eſt pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui inſaniæ Manichæus ſubſcribens addidit, Deum noui teſtamenti, non eſſe illum, qui dedit vetus. Sed hanc hæreſim verbis Pauli ad Hebræos 1. facile conuincimus. Multifariam (inquit) multiſq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſsimè autem dieb. iſtis locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula. Ecce Cerdo, vide & confundaris, eundem Deum, qui locutus eſt patribus in Prophetis, lo qui per Chriſtũ, hæredem vniuerſorum. Præterea B. Virgo in cantico ſuo inquit: *Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham, & ſemini eius in ſecula.* Audi Manichæe, quod ille idem Deus, qui locutus eſt ad patres noſtros Abraham, & ſemini eius in ſecula, fecit nobiſcum miſericordiam, id eſt, filium donauit. Non eſt ergo alius veteris, alius noui teſtamenti Deus: nec alius, qui locutus eſt ad Prophetas, & alius eſt pater Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Secundus locus eſt, Ad Gal. 4.
Idololatræ & hæretici cõtutantur
Irenæus li. 1. aduerſus Hæreſes ca. 28.
Aug. li. de hæreſibus cap. 21.
Heb. 1.
Canticum Virginis.

EX

ócionibus,monitionibus, exhortationibusq; populorum incumbunt; quique ſacras literas, aut verbo,aut ſcriptura docent.Hi namque euangelio deſeruientes,iure diuino poſſunt de euangelio viuere.Secundum genus eorum, q altaris miniſterio deſeruirent. proximorumq; in ſacramentis adminiſtrandis ſalutem quærunt;Et hi quoque cùm altari ſeruiant,de altari viuere debent. Tertium genus,qui in ſeculo delicatè viuentes, laboribusque minimè apti; religionem deuotionis cauſa ingrediuntur.Et hos ad inuſitatos labores compelli, charitas non exigit Chriſtiana.Quartum genus eorum, quos frequentes ægritudines efficiunt valetudinarios; vt labores ferre nequeant; & hi non ſunt ad corporales labores adigẽdi:Satis enim eos laborare credendum eſt;ſi patienter ægritudines ferant.Hos quidem omnes, quoniam in vinea Domini laborant,& ad laborum onera ferenda inhabiles inueniuntur,cogẽdos eſſe ad opus non arbitratur Aug. Alij verò monachi, & religioſi quicũq; qui in religiõe Deo ſeruire peroptant,aliquod exercitiũ habeant,quo & ocium vitare, & pauperum neceſsitatibus ſuccurrere poſsint. Verùm cùm neque mònaſteriorum cenſus, neque manuum labores ad victum & veſtitũ habendũ ſuppetãt;pijs eleemoſinis,fideliumq; ſuffragijs eſt illis ſuccurrendũ.Ne videlicet rebus corporalibus intẽti, diuinas laudes, frequẽteſq; orationes,& ad populũ aſsiduas admonitiones deſerere cogãtur, none

Secundum

Tertium.

Quartum.

III.

non enim dignum æſtimarunt Apoſtoli, oportere ſe verbum Dei relinquere, & miniſtrare
Cor. 9. menſis. Tota hæc Auguſtini ſententia videtur ex Apoſtolo ad Cor. cap. 9. deſumpta; Sic enim ſcribit ille: Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte eius non manducat? Nunquid ſecundum hominē
Deut 25. hæc dico? An hæc lex non dicit? Scriptum eſt
1. Cor. 9. enim in lege Moyſis; Nō alligabitis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? propter nos vtique hæc dicit. Nam propter nos vtique hæc ſcripta ſunt: quoniam debet in ſpe, qui arat, arare: & qui triturat in ſpe fructus percipiendi. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus; magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? Hæc ibi Paulus. Vbi videre licet; quod exemplo militis, coloni, paſtoris, bouis triturantis, & aratoris, oſtendit miniſtris Euangelij, rerumq; eccleſiaſticarum diſpenſatoribus, victum veſtitumque ab ijs qui ſpiritualia percipiunt deberi. Sed & ipſe Apoſtolus à Chriſto præceptore accepit, qui prædicantibus Apoſtolis, & diſcipulis, non labores manuum iniun
Luc. 10. xit; ſed ait: Comedite, quæ apud illos ſunt: Di-
1. Timot. 5. gnus eſt enim operarius cibo ſuo. † Iſta ergo
Luc. 10. ratio eſt, qua prohibet Chriſtꝰ, Apoſtolos poſſidere aurum, argentum, & pecuniam: quoniam vbiq; neceſſaria victui præparata inueniebant: quia dignus eſt operarius mercede ſua.
1. Cor. 4. Cum vero adducit Paulum (cuius imitatores

de-

debent eſſe monachi) nõ mendicitate, ſed manuũm labore vixiſſe; Reſpondetur, habuiſſe quidem illum ex alieno labore viuendi poteſtatem, ſed ea tunc non vſum: Vſi ſunt autem Petrus, Andreas, & cæteri Apoſtoli: quos ſine crimine imitari poſſunt monachi. Vtinam tamen ſic in cæteris inſtitutis, ſicut in accipiendo victum eos imitentur. Solutio.

Si rurſus eundem Apoſtolum producunt obiurgaſſe quoſdam curiosè degẽtes, & in eos futiles monachos obijciũt, qui ocio, & voluptate totos tranſigunt dies; †Reſpõdetur: Paulum in eo loco ſui ipſius eſſe interpretem. Nam ad Epheſ. 4. inquit: Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret manibus ſuis: Ergo de furibus, ocioſis, curioſis, & alienis bonis inhiãtibus intelligit. Nam hi potius oneri, quàm vtilitati ſunt eccleſiæ; Monachi vero, de quibus agimus; orationibus, miniſterio, doctrina, præceptisq́; inſtantes, Deo, & Eccleſiæ famulantur. Itaque foret impium, occludere illis ora, neceſſariaq; victui auferre. Quando etiam illud Deutero. 15. adducunt: *vt egenus, & mendicus non ſit inter eos*; non multum ſanè cogit: duplicem enim ſenſum verba illa habere videntur. Primus eſt, vt quædam Dei pollicitatio ſit Iudæis facta; vt videlicet, ſi legem Dei ſeruauerint, illiusq; mandata cuſtodierint; tanta futura ſit rerum copia, vt neque egenus, neque mendicus reperiatur inter eos. Et hic ſenſus, ex eo præſertim verus apparet, quòd multæ in eo capite

Obiectiõ alia. 1. Tim. 5. Reſponſio. VI. Eph. 4. Opera monacho. quę Deut. 15. VII. Primus ſenſus.

pite adducuntur promiſsiones. Alter ſenſus eſt, quòd his verbis, ita mendicitas & egêſtas inhibeatur, vt nullus egenus,& mendicus reperiatur. Vrgent autem verba non pauperes, ſed diuites,& opulentos; vt nè velint aliquem ad eam egeſtatem peruenire. Qua de re non prohibet Deus egentibus mendicitatem; Sed diuitibus præcipit ne permittant,mendicos fieri,aut inter eos egentes verſari. Reſponſio eſt Thomæ ſecunda ſecundæ q.187. Artic.5.

Secundus ſenſus.

S. Tho.2. 2.q.187.ar. 5.

EXPLICATIO L.

Conſtituit terminos populorum iuxta numerum,&c.Deut.23.

S V. M M Æ.

I. *Homines tot ſaluari, quot Angeli remanſerunt in cælo Gregorij fuit opinio.*

II. *Homines tot ſaluantur, quot Angeli ceciderunt,& plures illis qui ceciderunt.*

III. *Homines an plures ſint, quàm Angeli.*

BEATVS Gregorius homil.34. ſecutus æditionem ſeptuaginta interpretum, quæ habet, *Statuit terminos gentium iuxta numerum Angelorum* Dei. † Sentit tot homines fore ſaluandos, quot Angeli in cœlo cæteris cadentibus, remanſere. verba illius ſunt: Quia enim ſuperna illa ciuitas ex Angelis & hominibus cõſtat, ad quam tantũ credimus humanũ genus aſcendere, quãtos illic contigit electos Angelos remanſiſſe. ſicut ſcriptum eſt: Sta-

Greg. hō. 34.

I.

Exponitur propoſitio.

Statuit terminos gentiũ ſecundũ numerũ Angelorũ Dei: Debemus & nos aliquid ex illis diſtinctionib. ſupernorũ ciuiũ ad vſum noſtrę cõuerſationis trahere, noſq; ipſos ad incrementa virtutũ bonis ſtudijs inflammare. Quia.n. illuc tãta aſcẽſura creditur multitudo hominũ, quãta multitudo remanſit Angelorũ: ſupereſt, vt ipſi quoq; homines, q ad cœleſtẽ patriã redeũt, ex eius agminibus, aliquid illuc reuertẽtes, imitẽtur. Diſtinctæ nãq; cõuerſatiões hominũ, ſingulorũ agminũ ordinib. cõgruũt, vt in eorũ ſortẽ ꝑ cõuerſatiõis ſimilitudinẽ deputẽtur. Hactenꝰ Greg. Aug. aũt in Enchirid. c.29. aſſerit, nõ minꝰ de hominib. ſaluari q̃ corruit de Angelis; ſed an plures Angelis q corruerũt, ſaluentur, in dubio reliquit. Superna (inquit) Ieruſalẽ mater noſtra, ciuitas Dei, nulla ciuiũ ſuorũ numeroſitate fraudabitur, aut vberiore etiã copia fortaſſe regnabit. Et 22. li. de ciui. Dei. c.1. eadẽ ꝓſequẽs, inquit: Qui (.i. Deus) de mortali progenie merito iuſteq; dãnata, tantũ populũ propter gratiã ſuã colligit; vt inde ſuppleat, & inſtauret partẽ quæ lapſa eſt Angelorũ, ac ſic illa dilecta, & ſuperna ciuitas nõ fraudetur ſuorũ nnmero ciuium; quin etiã fortaſsis & vberiore lætetur. hæc Aug. Qui (vt videtur) certum illud ſtatuit, tot homines ſaluari, quot ad reparandam Angelorum ruinã ſufficere poſſunt. Cæterũ an plures ſaluentur, non definit. ✝ Dominus Bonauentura 2. ſent. diſtin.9. cenſet ſimiliter tot homines ad Angelorum ordines aſſumi, quot merita eorum

Aug. in Enchiridion. cap.29.

Aug. 22. li. de ciu. dei ca.1.

II. Bona. 2. ſen. diſt. 9.

rum æquaſſe reperientur; vt Angelicæ ruinæ ſequatur reparatio. Verùm cùm multi ſint, qui ad Angelorum merita aſcendere nequeūt; per meritum tamen Chriſti ſaluantur; conſequens fit, vt ex illis decimus ordo conſtituatur. Erunt ergo ſecundum illius ſententiam tot homines ſaluati, quot Angeli ceciderunt, & vltra eos, decimus ordo fiet. Plures autem homines ſaluari, quàm Angeli ſint in cœlo, vel de cælo corruerint; ratio ſuadet; Quoniam Deus factus eſt homo, non Angelus; paſſus eſt pro homine, non pro Angelo. Vnde Lucæ 15. aſsimilatur mulieri quærenti decimam dragmam, hoc eſt decimum ordinem ex hominibus collectam, quem cum gaudio reportet ad cælos. Rurſus, ſi Angelus non peccaſſet; adhuc creatus fuiſſet homo; & aliquem ei ordinem vltra nouem Angelorum ordines aſsignare oportet. Magiſter ſententiarum in 2. lib. diſtinct. 9. exiſtimat minime fieri decimum ordinem ex hominibus in patria, ſed iuxta eorum charitatem, perfectionemque ita inter Angelos diſtribui, vt tam ex hominibus, quàm Angelis, qui permanſerunt, nouem tantum ordines conſtituantur. Aſtipulatur autem huic opinioni ratio quædam; Nempe tres Angelorum Hierarchiæ, diuinarum perſonarum Trinitatem oſtendunt. Vt igitur tam ſancta remaneat forma, non debet aliquis ordo ex hominibus addi. Rurſus iuxta B. Gregorij ſententiam homil. 24. in decimum quintum cap. Lucæ, qui charitate magis ardent, in

Luc. 15.

Magiſter ſen. in 2. di. 9.

Angelorū hierarchiæ tres.

Gregor, hom. 24.

ſu-

ſuperiorum ordines Angelorum aſſumuntur: Qui verò minus, in inferiores collocantur. Ex quo apparet haud neceſſe eſſe de hominibus decimum ordinem formari. Cùm pro charitate meritorumq; qualitate inter Angelos ſtatuantur. Nec illud impedit, quod pleriſq; ſint adeò imperfecti, vt nullo pacto in Angelorum ordines excipi valeât. Quoniam nulli futuri ſunt tales, propterea quod in eodem ordine alij maiores, alij minores Angeli reperiantur; Quibus tam ſuperiorum quàm infimorum ordinum homines coæquantur. Nempe velut in ordine Apoſtolorum, aut Martyrum alij ſunt alijs digniores, vt Petrus & Stephanus; ita & in ordinibus Angelorum eſſe credendum eſt. Ergo non oportet decimum ordinem imaginari. Quod vero de dragma decima afferunt, deq; perfectione denarij numeri, omnino non cogit; tamen eo ſenſu dictum fuiſſe accipi poteſt; quoniã de hominibus quicquid in Angelis lapſum fuerit reſtaurabitur; de quibus ſanè tot corruerunt, quòd decimus ordo ex illis fieri poſſet; Propter quod Apoſtolus ait ad Coloſſ. 1. Inſtaurari omnia in Chriſto quæ in cælis, & quæ in terris ſunt. Placet etiam hæc ſententia B. Thomæ 2. ſent. diſt. 9. art. 8. † An verò numero plures ſint Angeli quàm homines, quęſtio inexplicabilis eſt, ille enim ſolus quid horum verũ ſit nouit, cui ſoli eſt cognitus numerus electorum in ſuperna fœlicitate locãdus. Et qui nouit guttas Oceani, arenam maris, cælorumq; ſtellas di

Ordines Angelorũ non ſunt æquales.

Luc. 15.

Coloſſ. 1.

Tho. 2. ſen. diſt. 9. ar. 8.

III.

Diony. Areopagita. cap. 14. Dan. 7. numerare: Dionyſius tamen Areopagita cap. 14. Angelicæ Hierarchiæ, ex verbis Danielis ſeptimo, dicentis: millia millium miniſtrabant ei, & decies cētena millia aſsiſtebāt ei: deducere videtur, multo plures numero eſſe angelos quam homines. Siquidem (ait) hic numerus ſibi complicatus, oſtendit ordinationes cœleſtium eſſentiarum, longe ſuperare cōmenſurationem, & numerum rerum infimarum. Quot ſi Angelorum numerus maior eſt numero infimarū rerum, quāto magis exuperat excellitq; numerum hominum? videtur etiam huic fauere opinioni quod Salomon Prouerb. 14. ait: In multitudine miniſtrorum gloria regis: in paucitate plebis ignominia principis. Ni ergo diuina maieſtas multitudinem ſibi aſtantium miniſtrantiumque haberet angelorum, videretur illi eſſe derogatum, & ne potuerit quidem, vel voluerit tot Angelos creare, quot ad illius ſuſtinendam maieſtatem eſſent neceſſarij. Pro. 14.

Opcratio ſecurior. Sút vero alij, quibus ego aſſentior, qui aſſerūt plures homines à Deo quam Angelos creari. Id enim videtur Sanctam ſcripturam ſtatuere; quæ per Ioannem in Apocalipſi, dicit: Poſt hęc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & tribubus & populis, & linguis, ſtantes ante Thronum. Hic enim agit. B. Propheta de eorum numero, qui ſignati erant, & poſtea innumerabilem, incomparabilemque electorum numerum indu- Apo. 7.

cit. Quid cenſes de turba infidelium & damnatorum, qui incomparabiliter electorum numerum excedunt? Præterea cum Abrahæ vellet Deus numerum ſuæ poſteritatis oſtendere, ſemel ait: Faciamque ſemen tuum ſicut puluerem terræ. Si quis poteſt hominum numerare puluerem terræ; ſemen quoque tuum numerare poterit: Gen. 13. & iterum educens eum foras ait illi: Suſpice cęlum, & numera ſtellas, ſi potes: Et dixit ei: Sic erit ſemen tuum. Gen. 15. Cùm ergo numerus poſteritatis Abrahæ comparetur puluerí terræ ſtelliſque cœli, quæ propemodum numerari, non modò difficile ſed impoſsibile videtur, ſequi neceſſe eſt, plures eſſe homines, quam Angelos. Rurſus, ſi Gregorio credendum eſt, tot ex hominibus ſaluabuntur, quot Angeli, cæteris cadentibus, cum Deo (vt diximus) permanſerunt. Quo loco ſatis oſtenditur æqualem Beatorum hominum, ſimul & Angelorum eſſe numerum: Sed quis eſt, qui neſciat eſſe plures homines damnatos, quam beatos? Et etiam Angelos malos ſuperare? Dicit enim Dominus Math. 7. cuidam peteti, Si pauci ſunt, qui ſaluantur: Intrate per anguſtam portam, quia lata porta & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. Quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam. Maior ergo eſt numerus hominum quàm Angelorum. Adhuc facile perſuadebitur hoc, ſi memoria repetatur, quot

Gen. 13. Poſteritas Abrahæ cōparatur puluer. Geneſ. 15. Gregorius. Matt. 7.

pereant homines infidelitate, quot malis operibus, quot antea orti ſunt, oriuntur, naſcenturque poſtea; vt potius numerum deeſſe, quàm homines videatur. Concludi itaq; iuſtè mihi videtur poſſe, hominum numerum excedere numerum Angelorum.

Opinio Dionyſij explicatur.

Dionyſij verò quam recenſuimus opinio, non eſt de numero indiuiduorum rerum ſenſibilium, ſed ſpecierum intelligenda: Excedunt enim Angeli proculdubio, & abſq; commenſuratione ſpecies rerum omnium creatas. Alioquin illud abſurdum ſequi oporteret; quòd Angeli Arenam maris, pluuiæ guttas, cæterarum-

II. que rerum indiuidua excederent: quod omnino inſulſum parumq; prudentis animi eſt. Vnde, non ait: plures ſunt Angeli, quàm homines vt intelligas comparationem non eſſe cum indiuiduis humanæ ſpeciei factam. Sed illud ait: militiæ ſuper mũdalium intellectuum materialium rerum commenſurationem exuperant; quo manifeſte diceret, Angelos rerum ſenſibilium ſpecies ſuperare, & iuxta hunc intellectũ, verba Dionyſij interpretatus eſt Linconienſis. Quamobrem ſine prçiudicio aliter ſentientis, videtur aſſerendum, Numerum hominum excedere numerum Angelorum. Quamuis beatæ illæ cæleſteſq; mentes nobis ſint innumerabiles, & à ſolo cæleſti intellectu cognoſci queant. Hinc patet quam ampla ſit illa cçleſtis gloria, vbi tot hominum, & Angelorum millia Deum ſine fine contemplantur.

Linconienſis.

Gloria beatorum ampliſſima.

EX-

EXPLICATIO LI.

Sol contra Gabaon ne mouearis et Luna contra Vallem Acalem. Ioſue. 10. C.

SVMMÆ:

I. Duo dies fuerunt longiores cæteris.
II. Quis horum dierum fuerit longior.
III. Diem ſub Ezechia longiorem aſſertionis.
IIII. Cur Dionyſio aſſentiendum.
V. Dies Ezechiæ non continetur ſub illis verbis Ioſue 10.

DVO dies leguntur in ſcriptura longiores cæteris, † vnus in Ioſue lib. ca. 10. alter ſub Ezechia rege. 4. Reg. 20. In primo ſol ſtetit in medio cœli. neque feſtinauit ſpatio vnius diei occummbere. In ſecundo decem gradibus, hoc eſt horis retroceſsit in horologio Achaz, ſed curioſè à quibuſdā quæritur, † quis horum dierum fuerit longior: Et hi qui opinantur, ſolem decem gradibus in horologio Achaz ſtatim & ſine mora retroceſsiſſe, aſſerunt, eum, qui ſub Ioſue fuit, fuiſſe longiorem. Peregit enim ſol decem horis, & duabus, quæ remanebant, Sunt ergo illius diei horæ viginti duæ. At qui exiſtimant, ſolem non ſtatim, ſed pedetentim, & horatim in horologio Achaz remeaſſe, aſſerunt longiorem fuiſſe

Margin: I. — Ioſue 10. — 4. Reg. 20. — Exponitur propoſitio

diem, qui ſub Ezechia quàm qui ſub Ioſue fuit: propterea quod decem horæ iam prȩterierant, decem vero interceſſerunt in remeando, & decem, & duæ in procedendo ad occaſum..

Dies ſub Ioſue. Fuerunt itaque illius diei horæ triginta duæ. Scriptura de die ſub Ioſue ait, *Non fuit ante & poſtea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Iſrael.* Verùm quomodo

Dies ſub Ezechia. potuit tam longa eſſe dies præ cæteris omnibus; ſi viginti duas habuit horas, & illa ſub Eze-

II. Dionyſius ad Policarpum. chia Rege habuit triginta duas? †Dionyſius enim ſcribens ad Policarpum aſſerit non ſtatim ſed horatim ſolem repedaſſe decem horis, ſicut dictum eſt. Verba illius ſunt iuxta veterem interpretationem. Sol, cum decima hora eſſet, Deo præcipiente repedauit ad orientem, aliis decem horis deſignatis. Deinde, Rurſus decem horis alijs ad occidentem currente Sole. Sed & reſiduis diei duabus horis, ita vt fermè

III. Dionyſius diſcipulus Pauli. dies triplicaretur.† Arbitror Dionyſio eſſe aſſentiendum, tum propter illius ſanctitatem, tum quia ab Apoſtolo theologiam imbiberat; tum quia vixit primis illis diebus, in quibus viſibiliter Spiritus ſanctus operabatur, tum quia vtrumque diem ſuis priuilegiis cohoneſtauit. Vnde ſine aliorum præiudicio aſſererem, diem ſub Ezechia Rege lõgiorem, quàm eum, qui ſub Ioſue clàruit. Quod vero in libro Ioſue dicitur, *non fuit ante, & poſtea tam longa dies*, ad tempus illud quo librum ſcripſerat Ioſue, re-

IIII. ferendum eſt: † longo enim tempore poſt

diem

eum diem, adeptamque victoriam vixit, in extremaque ſenectute librum hiſtoriarum compilauit. Recte igitur neque antea, neque poſtea fuit tam longa dies. Hoc quod diximus inſinuat; quia non dicit, non fuit ante, neque poſtea erit tam longa dies. Illius autem diei ſub Ezechia rege prorogatio, longè poſtea euenit. Et idcirco in verbis illis minime continetur.

EXPLICATIO LII.

Iephte immolat filiam ſuam vnicam. Iudic. II. D.

S V M M AE.

I. *Deus non iuſſit hominis primogenita immolari, ſed redimi.*

II. *Illicita non vouentur, neque Deo placent.*

III. *Virum ignorat virginitatem ſempiternam retinens.*

IIII. *Abraham non nouerat ſacrificare filiũ, ſed Dei precepto id agebat.*

V. *Virginitas in veteri lege non fuit prohibita.*

VI. *Virgo Maria, & Ioſeph vouerunt virginitatem Domino.*

ARBITROR Iephte neque filiá occidiſſe, neque eá Domino corporali- 1. Paralip. 11.
ter ſacrificaſſe; nouerat enim iuſtus ſa- Pſal. 93. Hier. 7.
piens.

Prouer.6. pienſque vir, lege diuina cautum, ſanguinem
Ioel.3. humanum innocentem non eſſe fundendum;
Exod. 13.& & ſacrificia ex humanis corporibus Deo mini
34. I. me offerenda, cùm † primogenita hominis nō immolari, ſed precio redimi iuſsiſſet. Et votū incautè factum, prudenter reſcindi oportere. Sed puto morte corporali in ciuilē, & ſpiritualem commutata, virginitati perpetuæ, diuiniſque obſequijs manicipaſſe.

Exponitur propoſitio Hoc enim fuit iuxta votum de filia facere, id eſt non eam corpore, ſed ſpiritu ſacrificare. Quippe qui non iuxta votum: ſed contra votum feciſſet, ſi eam

II. occidi mandaſſet. † Non enim illicita, aut vouentur, aut Deo placent. Hoc etiam videntur inſinuaſſe verba, quæ ſequuntur, *quæ ignorabat*

III. *virum*, vbi gloſſa interlinearis ait. † Deſpondi

Glo. interli. 2. ad Cor. 11. enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Nanque propterea ignorabat virum, quia ſempiternam retinuit virginitatem. At quod in textu dicitur: *Dimitte me, vt plangam*

Obiectio: *virginitatem meam*, minime impedit.

Solutio. Nam licèt pater, & filia principio morte corporali eā occidendam eſſe intelligerent; ſpatio tamen duorum menſium, conſultiſque ſapientibus, & re, vt decet, bene perſpecta, mutauerunt cōſilium; vt quod corporaliter dicebatur, ſpiritualiter foret exequendum. Neque adhuc impediunt, quæ ſequuntur, veniſſe in conſuetudinem filiabus Iſrael, poſt anni circulum conue-

Filiæ debēt patribus obedire. nire in vnum, diebuſque quatuor plangere filiam Iephte. Siquidem non plangunt mortuā,

quæ

quæ non obijt, ſed pro̅ptæ obedientiæ recolu̅t memoriam illius, quæ ad mortem vſque parata fuerat patri obedire. Vt vel inde filiæ Iſrael diſcerent, quàm promptè, quamq́ue perſeueranter ſit parentibus obediendum. Dicet verò quiſpiam: Nihil prorſus abſurdi habet, quòd Iephte vouerit primum hominem de domo ſua exeuntem, eiq́ue obuiantem ſacrificare, & pro illius executione filiam vnicam, quæ primò occurrerat decreuiſſet immolare. † Nam & ante eum iuſtiſsimus fideliſsimusq́ue Abrahã, idem in vnicum filium Iſaac attentauit, & quidem apud Deum magna cum laude. Sed huic reſpondendum eſt, longe diſsimile Abrahæ exemplum eſſe à voto, quod vouerat Iephte. Nam neque votum vouerat Abraham, neque temere aut ſua ſponte, ſed præcepto iuſsioneq́ue Dei filium ſacrificandum ſuſceperat. Cuius tantæ obedientiæ, no̅ modo homicidij pœnam non incurrit, ſed magna promeritus eſt merita. Deus quippe, cui omnis homo quantumuis innocens, exigente primorum parentum culpa, debitor eſt mortis; poteſt hoc mortis debitum quomodocunque, & quandocunque voluerit, ſine iniuria repetere ab homine. Iuſſus ergo fuit Abraham, non iuſſus fuit Iephte. Rurſus opponet alius, Virginitatem in veteri teſtamento ſeruare, prohibetur ex lege. Non potuit ergo Iephte filiam ad perpetuam virginitatem relegare. Scribitur inquam Gen. 9. Creſcite & multiplicamini & replete terrã.

Obiectio. IIII. Geneſ. 22. Reſponſio. Abraham non vouerat votum, occidere filium. Omnis hõ eſt deo debitor. Obiect. alia. Gen. 9.

Deut. 7. Et in Deuter. 7. Non erit apud te ſterilis. Et
Reſponſio huic reſpondendum cenſeo, præceptum de
Præceptũ de multiplicando ſemine quomodo intelligendum. multiplicando genere humano fuiſſe tũc temporis Noe datum, cùm per carnalem generationem humanum genus multiplicari oportebat, quo latius fuſiusq; cultus propagaretur diuinus. Aſt multiplicatis hominibus, totoq; orbe repleto, vis illius præcepti nõ in particularibus perſonis, ſed in hominum cõmunitate remanſit implenda. Quippe ſufficit generatim hominẽ per generationem carnalẽ conſeruari abſq; eo, quod ſinguli particulares ad generandum compellantur. Licuit ergo Iephte præcipere virginitatem filiæ, & illi fas fuit eam conſeruare Sed illud quoq;, quod ex lib: Deut. profertur: *Non erit apud te ſterilis,* ad ſingulos homines pertinere nõ poteſt, Nõ enim iuſſio, ſeu præceptum habendi filios eſt, ſed quædã diuina promiſsio prolis habendæ ſeruantibus legẽ Dei & leges matrimonij: quod manifeſtum facit, quia nedum ab hominibus, ſed etiam à gregibus ſterilitatem promittit auferre: ait enim ſic: *Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te ſterilis vtriuſq; ſexus, tam in hominibus, quàm in gregibus.* † Non fuiſſe autem in veteri teſtamento virginitatem ſeruare prohibitum: immo apprime Deo placuiſſe, teſtatur Elias propheta, vir quidem Deo gratus, & perfect9. Is enim iuxta ſententiam Greg. homil. 19. virginitatem ſeruauit: Teſtatur Razias. 2. Machab. 14. multis temporib. continentiæ propoſitum in

[Margin: Solutio propoſitionis. Exod. 23. & Deut. 7. Sterilitas non ad omnes pertinet. Deut. 7. V. Elias fuit virgo. Greg. ho 19. 2. Macha. 14.]

in iudaiſmo, corpusq; & animam cōtentus tradere pro perſeuerantia. † Teſtatur B. Virgo Maria; quæ ſimul cum ſponſo ſuo Ioſeph, vt aſſerunt doctores catholici, votum virginitatis emiſit. Paulus verò etiam dum eſſet veteris legis æmulator, Euangelijq; perſecutor, virginitatem vſque ad extremum vitæ terminum cōſeruauit. Quamobrem (ſine præiudicio) videtur aſſerendum, non ſacrificaſſe morte corporali filiam, ſed morte ciuili, ſiue ſpirituali eam virginitati diuiniſque obſequijs dicando conſecraſſe. VI. 1. Cor. 7.

EXPLICATIO LIII.

Veruntamen lugebat Samuel Saulē quoniam. 1. Reg. 15. G.

SVMMAE.

I. *Cauſa cur Samuel, Moyſes, & ſancti quādoque non exaudiantur.*

II. *Scriptura docet ſanctos degentes in cœlis orare pro viuentibus.*

III. *Samuel & Moyſes cur nominati fuerunt.*

IIII. *Orare pro amicis eſt magni meriti, ſed pro inimicis eſt excelſa virtutis.*

EST de Samuele & Saule à Deo reprobato ne regnaret ſuper Iſrael, ſcriptū 1. Reg. 15. *Et nō vidit Samuel vltra Saul* 1. Reg. 15.

vſq;

vſque ad diem mortis ſuæ. Veruntamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat quod conſtituiſſet Saul regem ſuper Iſrael. De Samuelis quoque oratione ſcribitur Hier. 15. *Et dixit Dominus ad me, Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum.* Peruersè autem his exemplis colligunt qui ſanctos pro hominibus intercedentes docent non exaudiri; quia Moyſes & Samnuel ſi pro populo orarent, non exaudirentur: ob quā cauſam fieri putant, vt vel illi nōn orent, vel minime audiantur. Veruntamen longe abeſt huiuſmodi collectio à ſenſu ſcripturæ: S quidē non ſequitur, Samuel orauit Deum pro Saule reprobato, & non eſt auditus: Ergo ſancti orationes nihil obtinent deprecando. Neque enim bona eſt ratio, ſi Moyſes & Samuel Deum pró populo Iſraelis reiecto deprecarentur, audiendi non eſſent; Ergo vel ſancti non orant, vel orántes non audiuntur; cùm contrarium colligi deberet. *Si* (inquit Deus) *ſteterint Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum*. Igitur Moyſes & Samuel poſſunt ſtare coram Domino, hoc eſt, illum deprecari: Secus enim vaña eſſet, & nulla hu-

1. iuſmodi conditio. ‡ Quod verò exauditi non ſunt, cauſa fuit, quia per ſententiam definitiuá à Domino Saul, & populus fuerant reprobati. Vt enim ſancti pro hominibus inter edendo exaudiantur, nō ſatis eſt, eos orare, ſed oportet homines etiam, pro quibus orant, ſe meliores

Hierem. 15.

Hæreticorum peruerſa opinio.

Exponitur propoſitio

&

& dignos impetratiōe reddere. Niſi enim peccator à peccatis abſceſſerit, iuſtitiamque ſecutus fuerit, quid proderunt ei orationes ſanctorum? orant quidem ſancti charitate ducti, vt qui extra charitatem ſunt, ad charitatem reducantur; & eam ob cauſam non audiuntur quãdoque, quod illi pro quibus orant, mali & peccatores eſſe volunt. Sancti cur orant.

II. †Sanctos autem in cœlis degentes pro viuentibus orare, docet Sancta ſcriptura, quia quotidie dicunt: Sanctificetur nomen tuũ, Adueniat regnũ tuum, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Nã quid eſt ſanctificari nomen Domini, aduenire regnum ipſius, niſi petere regnum cœleſte ex electis compleri? Quid eſt etiam ſanctos cupere voluntatem Dei in terris fieri, quomodo fit in cęlo, quàm pro peccatoribus, qui Dei voluntatē non faciunt orare? Orarunt viuentes pro inimicis & perſecutoribus; ſilebunt pro amicis, & cõmendatis eorũ in patria? Orauit pro fratrib⁹ viuētibus diues Epulo in inferno; tacebit Paulus, obmuteſcet Petrus pro electis Dei in cœlo? Gaudiũ eſt Angelis Dei in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente; at vero vt pœnitentiam agant, non orabunt, curabunt, omnemque dabũt operam? Scribitur Gen. 49. Iacob morientem dixiſſe: Nomen meum, & nomina patrum meorum inuocentur ſuper eos, filios videlicet Ioſeph intelligens. Item 4. Reg. 19. dicit Dominus: Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid ſeruum

Sanctificãs nomen domini quid ſit.

Exemplum diuitis. Luc. 16. Luc. 15. Gen. 49. 4. Reg. 19. Ezech. 16. & 15.

meum &c. & in Ezechiele 14. & 15. Si ſteterint viri, Nec Daniel Iob &c. Poſtremò autē Prin-
2. Pet. 1. ceps Apoſtolorum Petrus in 2. Epiſt. ca. 1. inquit: Dabo operam frequenter poſt obitū meum habere vos, vt horum memoriam faciatis. Erubeſcant itaq; peruerſi homines, ac deſinãt ſanctis irrogare iniuriam, nec quos erga homines bene habemus affectos, iuuare non poſſe doceant.

Obiectio. Petet autem aliquis, cur duos hos viros Moyſen & Samuel inter tot veteris teſtamenti patres elegerit, an non & alij, Abraham, Iſaac, Ioſue, & cæteri, quos ſeries ſanctorum cō memorat, Deo non ſunt chari, à Deo non exaudiuntur, aut curam non habent viuentium? †

III. Reſpondit Gregor. Reſpōdit Greg. Hos duos præcipue nominaſſe, quòd hi ſoli inueniantur maiori charitatis ardore ſolitos eſſe orare. Quippe iſti duo tantum in tota veteris teſtamenti ſerie pro inimicis oraſſe leguntur.

Moyſes. Vnus Moyſes à populo lapidibus impetitur; & tamen pro lapidatorib9 deprecatur. Exo. 17. Num. 20.

Exod. 17. Num. 20. 1. Reg. 8. Alter Samuel à principatu, regimineq́ue populi eijcitur; nec tamen pro eo deſinit orare. Abſit (inquit) à me hoc peccatum quia ceſſem orare pro vobis. Oſtendit igitur quantum in oratione valeat ardor charitatis.

IIII. ‡ Nam pro amicis orare magni eſt meriti; Orare autem pro inimicis maximæ excelſæq́ue virtutis. Quaſi itaque dicat Deus; Reieci populum, nullus mutabit ſententiam, ſancti non orabunt pro eo; & ſi ſteterint

rint Moyſes & Samuel magnæ charitatis viri, populo non parcam. Manifeſtum ex his arbitror eſſe factũ, errare eos, qui exẽplo repudiatæ orationis Moyſi & Samuelis, nituntur oſtendere, ſanctos non orare pro viuentibus; cum contrà concludi penitus deberet, eos hominibus auxiliari, pro eisq́; aſsidue dominum deprecari. Libuit hoc loco quæ Damaſ. lib. 4. orthodoxæ fidei cap. 16. ſcripſit, ponere; Fontes, ait, nobis ſalutares dominator Chriſtus prębuit ſanctorum reliquias multimoda beneficia ſcaturientes, vnguentum ſuauitatis emanantes, & nullus diſcredat. Si enim ex rupe firmo ſaxo aqua in eremo proſiluit volente Deo, & ex maxilla aſini Sampſoni ſitienti; ex martyrũ reliquijs vnguentum ſuaueolens emanare incredibile eſt? Nullo pactò profectò, eis qui ſciunt Dei virtutem, & ab ipſo ſanctorum honorem. In lege, omnis qui tangebat mortuum, im mundus efficiebatur. Verum ij non mortui; nã ex quo ipſa vita, is qui vitę cauſa eſt, inter mortuos computatus eſt, eos qui in ſpe reſurrectionis, & fidei quæ in ipſo eſt dormierunt, non mortuos appellamus. Mortuum enim corpus, quomodo miracula operari poteſt? Quomodo igitur per eos dæmones abiguntur, infirmi curantur, cæci vident, leproſi mundantur, tentationes & triſtitiæ ſoluuntur? Omne donum bonum a patre luminũ, per eos ijs, qui inhæſitabili fide petũt, deſcẽdit. Quantũ ſanè laborares,

Damaſc. li. 4. fidei orthod. cap. 16.

Sãctorum reliquiæ quæ beneficia afferunt.

Num. 20.

Iudic. 15.

Leuit 19.

Leuit. 21.

Iacobi 1. vt inuenires adiutorium, qui ad mortalem regem te adduceret, & pro te ad ipſum ſermones faceret? Adiutores ergo totius generis, Deo pro nobis ſupplicationes porrigentes nõ honorandi ſunt? certe honorandi. Templa à nobis Deo erigenda ſunt in ipſorũ noīe, fructus, afferendi illorũ memoriam venerantibus, & in ipſis lętantibus ſpiritu, vt propria inuocantiũ lætitia fiat, ne nos colere tentati, è cõuerſo ipſos irritemus. Nam iis à quibus Deus colitur, et eius ſerui delectantur, & quod deſpicit Deus, & eius deſpiciunt clientes. In pſalmis, & hymnis, & horis ſpiritualibus cùm compunctione, & miſericordia indigeamus, ſanctos fide veneremur, à quibus maxime Deꝰ colitur: Statuas illis erigamus, & viſibiles imagines: vt nos ipſi animatæ ſtatuæ & imagines ipſorum virtutum imitatione efficiamur. Deiparam, vt propriè & verè Dei matrem honoremus, Pręcurſorem Io. vt prophetam, & Baptiſtam & miſſum & martyrem. Neque enim inter natos mulierum ſurrexit maior Io. vt dominus dixit, & regni eius primus præco factus eſt. Apoſtolos vt fratres Domini, & inſpectores & miniſtros in paſsionibus eius. Quos præſciens prędeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui Deus & pater. Primùm Apoſtolos, ſecundò prophetas, tertiò paſtores & doctores. Martyres verò Domini ex omni ordine delectos, vt milites Chriſti, & qui eius biberũt calicem, tunc viuificæ eius mortis baptiſmate baptizati, vt

Sancti ſunt à nobis inuocandi.

Deus maxime à ſanctis colitur

Luc. 7. Ioannes primus Chriſti præco.

Rom. 1.

ti, vt comnnicátes paſsionibus eius & gloriæ. Dux exercitus quorum eſt protodiaconus Chriſti, & miſſus & protomartyr Stephanꝰ. Et ſanctos patres noſtros exercitatores, q diuturniore martyrio conſcientiæ certauerunt, qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egeni, tribuli, afflicti, in ſolitudinibus errantes, & montibus & ſpeluncis, & cauernis terræ, quibus non erat dignus mundus. Prophetas ante gratiæ tempus, Patriarchas iuſtos, qui prænunciauerunt Chriſti aduentum. Horum omnium attendentes conuerſationem, æmulemur fidem, bonitatem, ſpem, zelum, vitam, tolerantiam paſsionum, & ſuſtinentiam vſque ad ſanguinem; vt & corona gloriæ cum ipſis participemus. hæc Damaſcenus. Hebræo. 2.

EXPLICATIO LIIII.

Poſt diem autem alteram inuaſit ſpiritus Dei malus Saul, &c. 1. Reg. 18. C.

SUMMAE.

I. *Spiritus Saul malus cur Domini dicebatur.*

II. *Dæmones ſunt Angeli, in quibus vires naturales poſt peccatum integræ remanſerunt, licèt per malitiam eorum deprauatæ.*

III. *Dæmones nō poſſunt aliqua r: ſenſibili præ-*

ter eorum voluntatem compelli.

IIII. *Mina, herba, lapides & verba incognita non reijciunt dæmones.*

V. *Meritum orationis Thobiæ, & Angeli non fumus iecoris expulit dæmonem.*

VI. *Per Exorciſmos & adiuratiões, dæmones, morbi, & cætera noxiorum genera repelluntur.*

VII. *Chriſtus dedit poteſtatem diſcipulis, vt ſpiritus immundos eijcerent.*

VIII. *Exorciſmorum primus & præcipuus omnium fuit à Chriſto in euangelio poſitus.*

IX. *Exorciſmus quid ſit, & quomodo per inuocationem diuini nominis, dæmonis malitiã à creaturis expellimus.*

X. *Benedictiones altarium ortum habent à lege.*

XI. *Altaria & eccleſias conſecrare eſt ſolum Epiſcoporum.*

XII. *Benedictiones aquæ, panis, & reliquorum fructuum non ſunt nouæ hominum inuentiones.*

XIII. *Dignitas ſacerdotum maxima.*

I. 1.Reg. 18. SPIRITVS quo arripiebatur Saul, malus erat, dicebatur autem Domini non ob id ſolùm, quòd ab eo creatus, ſed quòd illius permiſſu exagitabat Saulem. Vnde & ibi dicitur, *Spiritus autem Domini receſsit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam à Domino.* Dubium autem eſt, quomodo

Expoſitio propoſitionis. Dubitatio.

do Dauide percutiente cytharam, recederet à Saule ſpiritus nequam? an ſcilicet virtute ſonitus, & melodiæ cantus & cytharæ; an virtute ſanctitatis Dauid, & pſalmorum, quos canebat? Huic dubitationi arbitror reſpondendum: Saulis refocillationem ex Dauidis ſanctitate, deuotioneque pſalmos cantantis, & in cythara Deum deprecantis accidiſſe. Nam fides catholica pro conſtanti habet, † Dæmones eſſe Angelos, ac in illis vires naturales poſt peccatum permanſiſſe adhuc integras; tametſi per malitiam deprauatas. Vnde neceſſe aſſeritur, non poſſe eos re aliqua † ſenſibili præter eorum voluntatem compelli. Sunt enim omnino ſpirituales, quibus corporales naturæ minime dominantur. Quamobrem Iob 42. de dæmone ſcribitur: Non eſt poteſtas, quæ comparetur ei ſuper terram. Non potuit ergo melodia quæ res ſenſibilis eſt, ſiue cantus, aut ſonus cytharæ dæmonem à Saule expellere. Melodia tamen ſiue cytharæ ſonus ad id ſanè proficere potuit, vt Dauidis, mente in Dei contemplationem altius eleuata, efficacior ardentiorque fieret oratio. † Quod vero plerunque accidit ſiue minis, ſiue herbis, aut lapidibus, aut verbis incognitis tanquàm fugatos dæmones videri à corporibus obſeſſis eijci, eſt quod ſe proiectos, & compulſos ſimulent: quo decepti homines, idololatriam, ſuperſtitiones, & pacta cum illis ſequantur.

Reſponſio.

II.

III.

Iob 41.

IIII.

Obiectio. Tob 6. Solutio. Dices verò: Scriptum eſt Tob. 6. quòd dixerit Angelus Raphael de iecore piſcis, quod ſi ſuper carbones ponatur, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum ſiue à viro, ſiue à muliere, Ergo rebus ſenſibilibus fugantur dæmones. Reſpondeo, fumum iecoris non expuliſſe dæmonem, † ſed meritum orationis Tobiæ, & Angeli, quod fumi odor ſignificabat.

V. Tob. 8. Intelligentia verborum Angeli Raphaelis. Ac propterea iubente Deo Angelus Raphael apprehendit dæmonem, & religauit eum in ſuperioribus Aepypti. Virtute igitur ſancti Angeli voluntatem diuinam exequentis, & nō virtute fumi iecoris fuit dæmon expulſus; idq; ipſum cuilibet alij eueniſſet, ſi talis feruens oratio diuinaq; affuiſſet voluntas. atq; in hūc modū verba ſunt Angeli Raphaelis intelligēda.

Tob. 7.

VI. † In nouo autem teſtamento efficacius fundamentum habemus quomodo per exorciſmos adiurationesque Dæmones, morbi, reliquaque noxarum genera repellantur. Chriſtus namque dedit poteſtatem diſcipulis ſpirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem per inuocationem nominis ſui: qua poteſtate vſi diſcipuli reuertentes dicebant; † Luc. 10. Domine etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo: imò quod mirabilius eſt, quidam Iudæorum in Chriſtū non credentium ad inuocationē nominis Chriſti exorcizando pellebant Dæmones. Quo Iacobus & Ioánnes cōmoti dixerūt: Luc. 9. Præceptor vidimus quendā in nomine tuo

VII. Luc. 10.

Luc 9.

ijcien-

eijcientem Dæmonia, & prohibuimus eum, qui non ſequitur nobiſcum. ✝ Porrò præcipuum, & primum exorciſmorum in Euangelio poſuit Chriſtus dicens: Marci vltimo. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquẽtur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Ex præmiſsis apertè ſatis colligimus calumniam, imò veſaniam Valdentium & Vuiclephiſtarum eſſe dãnantium & deridentium exorciſmos, & adiurationes, quæ ab eccleſia fiunt ſiue propellendis morbis, ſiue ad fugandas Dæmonum poteſtates. Damnantq; præterea omnes, & quaſcunq; benedictiones, quibus ſuper creaturis vtitur eccleſia, & eas Necromantiam appellant. Altarium igitur, candelarum, veſtium, calicum, campanarum, panis, olei &c. nugæ ſunt, impoſturę ſunt, inuentaq; Dæmonum. Hi profectò negare non poſſunt inimicos eſſe Chriſti, crucisque illius perſecutores. Nam cùm iſta per inuocationem ſanctiſsimi nominis Chriſti fiant, qui nõ credit, virtutem illius nominis negat, qui non veneratur nomen Chriſti, abhorret, qui non fidit, Chriſtum id poſſe negat. Fecerunt autem hæc Apoſtoli, fecerunt antiqui patres: cur non & hodie facienda ſunt? cur hodie neganda? ✝Eſt enim exorciſmus græcè, latinè abiuratio, quæ inuocatio nominis diuini eſt: per cuius virtutem malitiam Dæmonis à creaturis expellimus. Dicit Dominus ſi haberetis fidem ſicut

VIII. Mar. vlti.

Valdenſes & Vuiclephiſtæ ſunt damnandi.

Inimici crucis Chriſti.

IX.

granum ſinapis;diceretis huic arbori,eradicare & tranſmutare in mare,& obediret vobis,Luc. 17.& rurſus in Euangelio Matt.17.Amen quippe dico vobis, Si habueritis fidem ſicut granũ ſinapis,diceretis monti huic:Tranſi hinc illuc, & tranſibit,& nihil impoſsibile erit vobis.Si igitur arbor morus, quæ ſenſum non habet, & mons petrarum ad inuocationem nominis Dei à fideli factam diſcedunt,obediunt, tranſplantantur in mare,cur non inſidiæ latentis Dæmonis in creaturis per abiurationem & præceptum fidelis Chriſtiani ſuper aquam aliaſque creaturas factam diſcedent?cur non obedient? Non enim creaturarum benedictiones, & exorciſmi aliò tendunt, quàm ad inuocationem ſacri nominis Dei,vt per illius & Chriſti virtutem pellantur Dęmones, morbi ſanentur, & ab inimicorum inſidiis reddamur ſecuri; neque nos nudis verbis fidimus, neque virtutem noſtram obijcimus:Sed per orationem,poſtulationem & deprecationem, diuinam potentiam imploramus. Certò ſcientes nunquam illá nobis defuturá, ſi pie poſtulauerimus. Aug. lib.10.de ciuitat.Dei cap.2.inquit: Vera pietate Dei homines Dei aëream poteſtatem inimicam contrariamque pietati,exorcizando eijciunt,non placando, omnes tentationes aduerſitateſque eius vincunt,orando non ipſam,ſed ſuum Deum aduerſus ipſam. Non enim aliquem vincit,aut ſubiugat,niſi ſocietate peccati.In eius ergo nomine vincitur, qui homi-

Luc. 17. Matth. 17.

Benedictiones & exorciſmi quò tendunt.

Aug. lib. 10. de ciui. cap. 2.

nem aſſumpſit, egitque ſine peccato; vt in ipſo ſacerdote ac ſacrificio fieret remisſio peccatorum. Quòd ſi dicat aliquis: Non ſemper euenit, quod creditis. Nam & ſæpe adiurantur Dæmones, adiurantur morbi; neque tamen diſcedunt. His reſpondet Dominus Matth. 17. qui diſcipulis dixit quærentibus, cur non potuerint eijcere Dæmonem; Propter incredulitatem inquit veſtram. Non eſt igitur ſacri nominis culpa, ſed rogantium infidelitatis. Quamobrem igitur cùm Apoſtoli per nomen Chriſti exorcizauerint, adiurauerint, & à creaturis expulerint Dæmones: Idem etiam nunc eccleſiaſtici viri eos ſecuti, non facient ſine necromantiæ aut artis diabolicæ nota? niſi velis dicere Apoſtolos fuiſſa necromanticos. Hactenus de exorciſmo. Nunc ad aliarum rerum benedictiones accedamus. †Benedictiones altarium ex veteri lege ortum habuerunt; Nam Moyſes ex præcepto domini in taberraculo erexit altare, & ipſe vnxit. Ex quo argumento deducit Leo Papa huius nominis primus in epiſtola 66. Solis epiſcopis, † quorum figuram ſummus ſacerdos repræſentauit, licere altaria conſecrare, & benedicere. Hoc idem docet Beatus Damaſus Papa in epiſtolis de Coepiſcopis. Idem cenſet concilium Iſpalenſe ſecundum capit. 7. ſuorum decretorum: Demum concilium Agathenſe capite 14. ita decernit: Altaria placuit non ſolùm vnctione chryſmaris, ſed & ſacerdotali benedictione

Obiectio. Matth. 17. Reſponſio. X Leo Papa I. in epiſt. 66. XI. Damaſ. Papa epiſt. de Cœpiſcopis. Concil. Iſpalenſe ſecundũ c. 7.

XII. ſacrari.† De benedictione aquæ ſatis ſupra diſputauimus, quæ lector non contemnat videre, quoniã ex eo loco multa hauriet huic propoſito apta. Benedictiones panis & reliquorũ fructuum, non ſunt nouæ, & ab hominibus inuentæ: Quemadmodum eccleſiæ impingunt Vuiclephiſtæ; ſed ab ipſo Deo proceſſerũt, qui opere, & verbo ita nos facere docuit. Nam cũ Deus piſces maris creaſſet, benedixit eis. Et in Exodo. Non adorabis deos eorum, nec coles eos, non facies opera eorum, ſed deſtrues eos, & confringes ſtatuas eorum. Seruietisq; Domino Deo veſtro, vt benedicam panibus veſtris, & aquis. Et in Leuitico Dominus præcepit populo Iſrael dicens: Cum ingreſsi fueritis terram quam dabo vobis; & meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum, primitias veſtras ad ſacerdotem. Qui eleuabit faſciculum coram domino, vt acceptabile ſit pro vobis, altero die ſabbati, & ſacrificabit illum. Et in Deu. Præcipit Dominus vt de omnibus fructibus primitias offerantur Domino, & dentur ſacerdoti, vt inuocet nomen domini ſuper eos. Et apud Ezechielem expreſsius ait: Primitiua ciborum veſtrorum dabitis ſacerdoti, vt reponant benedictionem domui tuæ. Quem locum exponens Hieron. ait: Primitiæ ciborum veſtrorum ſacerdotibus offerantur, vt nihil guſtemus nouorum frugum, niſi quod ſacerdos ante guſtauerit. Hoc autem facimus, vt reponat ſacerdos benedictionem & oblationem noſtrã in

Concil. Agathenſe. cap. 14.

Benedictiones panis & aliorum fructuum non ſunt nouæ, in veteri Teſtamento.

Geneſ. 1.
Exod. 20.
Exod. 22.
Leuit 23.
Deut. 18.
Deut. 12.
Ezech. 44.
Hiero. ſuper Ezech.

in domo ſua, ſiue vt ad precationem ſuam Dominus benedicat domibus noſtris: † Grandis dignitas ſacerdotum, ſed grandis ruina ſi peccauerint. Hæc Hieronymus. Quid ad hæc dicitis impij Vuiclephiſtæ? Nunquid Deus docuit populum Iſrael necromantiam, aut magicæ artis peritiam? abſit à cordibus omnium talis impietas. Deus enim ſtrictiſsimè inhibuit, & odioſe nimis abominatur idololatriam, ſuper quam tamen fundantur magia, & necromantia. Sed ad legem nouam accedamus. Chriſtus panem multiplicaturus gratias agit & benedicit, vt intelligamus creaturam Dei, & ſi natura bonam, ſanctificari tamen per orationem, & verbum Dei: Quod Apoſtolus in priore ad Timotheum epiſtola explanás ait: Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cùm gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Quæ verba exponens Theophylactus ait: Ergo immundum erit niſi ſanctificetur? Nequaquam, ſed ex permiſſu id poſuit. Nam primum aſſeuerando nihil dicit immundum: Deinde concedimus (inquit) immundum id fieri, habes tamẽ quam adhibere poſsis medelam; cruce obſigna, laudem Deo & gratias redde; ſic immũditia omnis & fœditas dilabetur. Cùm enim gratias agimus, omnia emundantur. Hæc Theophylactus. De ſacris veſtibus & pallis, & vaſis, quanti ſint momenti, & qua reuerentia contractanda, docet Clemens Papa & martyr in quadam

XIII.

Ioan. 6.

1. Timot. 4.

Theophy.

dam epiſtola ad Iacobum fratrem Domini, quę inſcribitur de ſacris veſtibus & vaſis, legat eã, qui de hac re doceri voluerit. De benedictione luminum ſolum afferam decretum concilij Toletani 4. Illud enim Concilium de benedictione cerei paſcalis decernens cap. 8. ſuorum decretorum, ita ait: Lucerna & cereus infra vigilias apud quaſdam eccleſias non benedicitur, & à nobis cur benedicatur inquirunt. Propter glorioſum enim noctis ipſius ſacramentum hęc ſoléniter benedicimus; vt ſacræ reſurrectionis Chriſti myſterium, quod tempore huius noctis votiuæ aduenit; benedictione ſanctificati luminis ſuſcipiamus. Et quia hæc obſeruatio p multarum loca terrarum, Regioneſq; Hiſpaniæ, in eccleſijs commendatur; dignum eſt propter vnitatem pacis, vt in Gallicanis eccleſijs conſeruetur. Nulli aũt impunè erit, qui hoc contempſerit; ſed patrum regulis ſubiacebit. Hæc Concilium Toletanum. Quocirca nemo eſt qui recte dijudicare non poterit, Vuiclephiſtas, Huſitas, Lutheranos toto cœlo aberrare, qui eccleſiaſticas benedictiones Dæmonum incantationes appellant. Probauimus enim antiquiſsimo ritu eccleſiæ, conſenſuq; ſanctorum patrum, nõ necromantica verba, ſed pias eſſe benedictiones ſupplicationeſq;. Quibus non veriti ſunt confidenter ſperare diuinum auxilium diuináque virtutem illis rebus infundi ab eo qui pro-
Ioan.14. miſit: Quodcunq; petieritis patrem in nomine meo fiet vobis.

EXPLICATIO LV.

Et dixit Dauid ad Natham, Peccaui Domino. 2. Reg. 12. C.

SVMMÆ.

I. *Peccatori quandoq; non ſolùm culpa dimittitur, ſed tota pœna relaxatur.*

II. *Peccanti communi vſu euenit vt poſtquã Deus dimiſit culpam, exigat pœnam, exempla hoc oſtendunt.*

III. *Peccatorum pœnæ abſq; aliqua ſatisfactione non dimittuntur.*

IIII. *Homo dum pro peccatis ſatisfacit, conformis fit Chriſto, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia eſt.*

HAERETICI dicunt: Papiſtarum commentum eſt, docere, poſſe dimiſſa à Deo culpa adhuc remanere pœnam, cui per vires humanas ſatisfaciẽdum ſit. Non enim eſt intelligibile, Deum dimittere culpam, quod eſt maius, & relinquere pœnam quod leuius eſt. Omnino fatemur negandum non eſſe, peccatori aliquando † ob vehementem delictorum contritionem, arden temque erga Deum charitatem, non tantùm dimitti culpam, ſed illius quoque relaxari pœnam. Dictum eſt enim peccatrici Magdalenæ: Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Sed communi vſu euenire ſolet; † vt poſtquam Deus peccanti dimiſit culpam,

Hæreticorũ opinio. I. Exponitur propoſitio Luc. 7. II.

pam, exigat etiam pœnam. Quod manifeſte docet hiſtoria Dauidis 2. Reg. 12. Reprehenditur enim adulterij & homicidij à Nathan propheta, agnoſcit peccatum, dolet, & ad dominum clamat: *Peccaui.* & ſubdit Nathan, *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum.* Poſt tamen hanc culpæ remiſsionem patitur afflictiones, calamitates, mortemq; pueri, quas prædixerat Nathan futuras. De his Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus ſuper libros Reg. ita ſcriptum reliquit: Si peccatum Dauid, tam deteſtabile dominus tranſtulit, quid eſt, quod omnia quæ de eodem peccato per prophetam ei à domino dicta ſunt, poſtmodum tolerauit? Sed proculdubio dominus delet illud, ſed ſine vltione nõ deſerit. Aut enim ipſe hoc homo in ſe pœnitus punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percuſsit. Nequaquam igitur peccato parcit, quod nullatenus ſine vindicta dimittit. Sic enim Dauid audire poſt conuerſionem meruit: Dominus tranſtulit peccatum tuum. Et tamen poſt multis cruciatibus afflictus, ac fugiens, reatum culpæ quã perpetrauerat, exoluit. Sic nos ſolutos vnda, à culpa primi parẽtis abſoluit; ſed tantum reatũ eiuſdem culpæ diluentes, abſoluti quoque adhuc carnaliter obimus, quia delicta noſtra, ſiue per nos ſeu per ſeipſum reſecat, etiam cum relaxat. Ab electis enim ſuis iniquitatum maculas ſtudet temporali afflictione tergere: quas in eis in perpetuum non vu[illegible]in dicare. hæc Euchærius. Idem quoq[illegible] ſecundò

2. Reg. 12.

Euch. Lug. epiſ. ſuper libros Reg.

acci-

accidit 2. Reg.24. eidem Dauid populum nu- 2.Reg.24.
meranti, peccatumq; ſuum fatenti: *Ego ſum* (inquit) *qui peccaui: Ego inique egi Iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur obſecro manus tua contra me & cōtra domū patris mei.* Nemo vero eſt, qui diffiteatur huic humili confeſsioni non fuiſſe dimiſſum peccatū. Ad illius tamē pœnā ſoluendā præcipitur, vt conſtruat altare domino in area Areunæ Hiebuſei, ſuperque illud offerat holocauſtum in ſatisfactionem. Præterea in lib. Numer. 14. legimus, Moyſen domino dixiſſe, *Dimite obſecro peccatum populi huius.* Et reſpondit dominus: *Dimiſi: Attamen omnes homines, qui tentauerunt me, non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorum.* Hic dicit dominus; dimiſi. Quid verò dimiſit, niſi culpam? Quid autem eſt, Veruntamen, qui me tentauerunt, non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorum: niſi illius culpæ quædam exactio pœnæ? Et in eodem libro cap. 10. legimus Moyſen & Aaron peccaſſe peccato incredulitatis, & diffidentiæ, de quo eos doluiſſe, & pœnituiſſe nemo eſt qui ambigat; Puniuntur tamen quòd terram promiſsionis non ſunt ingreſsi: E quibus omnibus mihi probatum eſſe videtur, poſt dimisſionem culpæ, à Deo exigi pœnam, niſi à vehemēti (vt diximus) animi dolore charitatiſq; feruore fuerit expiata. Et externa, quam ſubiturus eſſet peccator in internam pœnam fuerit commutata. Hinc ergo patere poteſt quàm grauiter errent Lutherani, Caluiniſtæ, & alij noſtri tem-

Dauid peccauit.

Num. 14.

Moyſes & Aaron peccauerunt.

Num. 10.

Pœna duplex.

Error Lutheranorum, Cal.

uiniſtarũ, & aliorũ hæretico-rum. poris hæretici,docentes:dimiſſa culpa nihil ſa-tisfactionis, nihil pœnę relinqui. Tantumque bonitatis, & miſericordiæ Deo tribuunt, vt il-lum æquitate & iuſtitia ſpolient. Vt ſic ſaltem

Concil. Trid ſeſſ. 14.can 8. homines ad eorũ ſcelera caſtiganda reddantur inertes & ocioſi. De hac autẽ re cõcilium Tri-den. Seſſ.14.cap.8. ita difiniuit: *Sãcta Synodus declarat falsũ omnino eſſe, & à verbo Dei alie-num, culpam à domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam pœna condonetur.* Perſpicua enim & illuſtria in ſacris literis exempla repe-riuntur, quibus, præter diuinam traditionem, hic error quàm manifeſtiſsime reuincitur. Sane

Heb.6. & diuinæ iuſtitiæ ratio exigere videtur, vt ali-ter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante bap-tiſmum p ignorantiam deliquerint, aliter verò qui ſemel à peccatis & dæmonis ſeruitute libe-

III. rati, & accepto Spiritus ſancti dono † ſcientes templum Dei violare, & Spiritum ſanctum contriſtare non formidauerint. Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis, abſque vlla ſa-tisfactione peccata dimittantur, vt occaſio-ne accepta, peccata leuiora putantes, velut in-iurij & contumelioſi Spiritui ſancto in grauio-

Rom.2. Iaco.5. ra labamur, theſaurizantes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim magnopere à peccato reuocant, & quaſi fræno quodam coërcent hæ ſatisfactoriæ pœnæ; cautioresque, & vigilan-tiores in futurum pœnitentes efficiunt: meden tur quoque peccatorum reliquijs; & vitioſos habitus, male viuendo comparatos, contrarijs

vir-

virtutum actionibus tollunt. Neque vero ſecurior vlla via in eccleſia Dei vnquam exiſtimata fuit ad amouendam imminentem à domino pœnam, quàm vt hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quòd dum ſatisfaciendo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia eſt, † conformes efficimur, certiſsimam quoque inde arrham habentes, quòd ſi compatimur, & conglorificabimur. Neq; verò ita noſtra eſt ſatisfactio hæc, quam pro peccatis noſtris exoluimus, vt non ſit per Chriſtum Ieſum. Nam qui ex nobis tanquam ex nobis nihil poſſumus; eo cooperante, qui nos confortat, omnia poſſumus. Ita non habet homo, vnde glorietur, ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt; in quo viuimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus facientes fructus dignos pœnitentiæ; qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre. Hæc concil.

1. Pet. 2. 1. Ioan. 2. Apoc. 1. 1 1 1. Rom. 8. 2. Cor. 3.

Gloriatio hominis eſt in Chriſto Ieſu. Eph. 6. Actor. 16.

EXPLICATIO LVI.

Serpentemq; Aeneum cõfregit, &c. 4. Reg. 18. A.

S V M M Æ.

I. *Eccleſia venerata eſt imagines antiquiſſimo tempore.*

II. *Imagines tanquam opera hominum colere, aut venerari nemo debet.*

III. *Imagines ſunt libri idiotarum.*

IIII. *Aliud eſt picturam adorare, & Aliud ex picturæ hiſtoria quid ſit adorandum addiſcere.*

V. *Imago Chriſti à proprijs manibus Nicodemi picta.*

VI. *Imagines quo honore à Chriſtianis ſint habendæ.*

VII. *Statua Chriſto erecta, non fuit ab ipſo ſpreta.*

VIII. *Primus qui Chriſti & Beatæ virginis, & Apoſtolorũ Petri & Pauli effigies pinxit.*

XI. *Latria ſolùm Diuinæ Naturæ competit.*

4. Reg. 18. DE Ezechia rege ita ſcribitur. *Fecitq́; quod erat bonum coram Domino, iuxta omnia, quæ fecerat Dauid pater eius; ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit Lucos, confregitq́; ſerpentem æneum, quẽ fecerat Moyſes. Siquidem vſq; ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum, vocauitq́; nomen eius Nehuſtan: & in Domino Deo Iſrael ſperauit.* Hoc ergo pio memorabilique exemplo hæretici inuehuntur contra catholicos qui imagines in eccleſia ad adorandum retineant. Quoniam pius Ezechias, & à ſcriptura ſancta tam laudatus, confregerit ſerpentem ęneum quem erexerat Moyſes. At ſi ea cauſa propter quam Ezechias ſerpentem confregerit conſideretur,

Hæretici abuſi ſunt hoc loco.

I. nihil prorſus habent contra imagines, † quas piè, antiquiſſimoque tempore tota venerata eſt eccleſia. Non enim deleuit eum Ezechias

ob

ob id quia erat imago in memoriam veteris beneficij poſita, ſed quia ei populus adolebat incenſum, venerabaturque vt diuinum Numen. Nam peccauiſſet Moyſes eum conflando, erigendo, in myſteriumque populo proponendo. Peccauiſſet etiam Ioſue totque illius ſucceſſores, iudices ſancti viri, qui conſeruarunt illum, Peccauiſſet Dauid, & alij reges, quòd nō confregerit ſicut Ezechias. Cauſa ergo in textu dicitur; Si quidem vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum. Ecce quod populus in cultu ſerpenti idololatrabat. Nam cum ſcriptum legiſſent, filios Iſrael eſſe à morſibus ſerpentum in deſerto, aſpectu huius ſerpentis liberatos, deditique prorſus idololatriæ, exiſtimarunt aliquid in eo eſſe diuinitatis; & ideo meritò colendum. Quouſque autem illi non adoleuit incenſum populus; nullus, quamuis ſanctiſſimorum regum, confregit. At vbi occaſionē dedit idololatrādi, meritò ab Ezechia pio rege demolitur. Confirmant autem hæc, quod dicitur; Ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit Lucos. Quæ omnia ad deſtruxionem Idololatriæ pertinent; vt vna diſſipandi excelſa, & confringendi ſerpentem fuerit intentio. Propterea vocauit illum Nehuſtan: id eſt cuprum, vel cupreum, quo demonſtraretur, nihil prorſus in eo, vt ſimplices errore decepti credebant, eſſe diuinitatis. Hoc enim nomine cuprum, non Deū eſſe cognoſcebant. Vnde concludens ait: *Et in Domino Deo Iſrael*

Exponitur propoſitio Ezechias cur ſerpentem æneū confregit.

Iudæi in cultu ſerpentis idololatrabāt.

rael ſperauit: quia non in ſerpente, cui adolebatur incenſum, ſed in Deo Iſrael cõfidebat. ergo non fractus eſt ſerpens, quia erat imago, ſed quia per errorem colebatur vt Deus. Si autem ex imaginibus ab eccleſia poſitis huiuſmodi idololatriæ error alicubi ſuborireturnon dubium quin ad pios prælatos optimosque reges pertineret, imagines cum rege Ezechia confringere; Et nihil eas, niſi aurum, æs, lignum, &
II. ſaxum eſſe oſtendere. † Nunc vero omnes ſciunt, imagines vel eſſe ligneas, ſaxeas &c. quæ omnia ſunt manuum hominum opera; quam ob cauſam nemo eſt, qui eas tanquam Deos colat, aut veneretur; ſed iuxta ſacros Canones ob præteritorum memoriam conſeruant, & quod repræſentant digno debitoq; honore adorant. Hinc non ab re pius Zelus Ezechiæ regis, qđ ſerpentem æneum fregerit, ad idololatriæ occaſionem tollendam, laudatur, ſicut etiam iuſta fuit B. Gregorij in epiſcopum Maſsilien. quia indiſcreto Zelo fregerat imagines, reprehẽſio.

Imagines cur coluntur à nobis.

Ezechias laudatur.

III. † Non enim ille cum puſillorum ſcandalo, & non habito fratrum conſilio debebat eas demoliri, quæ pro libris idiotarum ſeruiebant. verba Gregorij lib. 9. epiſtolarum, epiſtola 9. ad Serenum Maſsilienſem Epiſcopum ſunt: Perlatum ad nos fuerat quòd inconſiderato Zelo ſuccẽſus, ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione ne adorari debuiſſent confregeris: Et quidem qui eas adorari vetuiſſes omnino laudaremus, fregiſſe verò reprehendimus. Dic fra-

Greg. lib. 9. epiſt.

Epiſcopus Maſſil à B. Greg reprehenditur.

ſrater, à quo factum ſacerdote aliquando auditum eſt quod feciſti? Si non aliud vel illud te debuit reuocare, ne deſpectis alijs fratribus, te ſanctum ſolum & eſſe crederes ſapientem. † IIII.
Aliud eſt enim picturam adorare, aliud ex picturæ hiſtoria quid ſit adorandum addiſcere. Nam quod legẽtibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus; quia in ipſa etiam ignorantes vident quod ſequi debeant, in ipſa legunt qui literas neſciunt. Vnde & præcipue gentibus pro lectione pictura eſt. Quod magnopere à te qui inter gentes habitas attendi debuerat, ne dum recto zelo incaute ſuccenderis, ferocibus animis ſcandalũ generares. Frangi verò non debuit quod non ad adorandũ eccleſijs, ſed ad inſtruendas ſolummodo mentes fuit neſcientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias non ſine ratione vetuſtas admiſit, ſi zelum diſcretione condijſſes, ſine dubio & ea quæ intendebas ſalubriter obtinere, & collectum gregem non diſpergere, ſed potius diſperſum poteras congregare; vt paſtoris in te meritum nomen excelleret, non culpa diſperſoris incumberet. Hæc Greg. Ex his videre licet apud pium & zelantem totius eccleſiæ paſtorem doctrinã catholicam manere, vt vetuſtate ſeruata imagines non quidem ad adorandum cultu ſcilicet latriæ, ſed ad docendum quę geſta ſunt à Chriſto alijsque ſanctis in eccleſia eſſe poſitas. † De antiquiſsimo verò imaginum

Pictura gentibus quid ſit.

Sanctorũ hiſtorias depingi vetuſtas admiſit.

vſu refert Athanaſius in libello de paſsione imaginis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qualiter crucifixa eſt in Syria iu vrbe Berito cap. 4. narrans quòd Iudæi quidam nacti imaginem Saluatoris, quam quidam imprudens Chriſtianus in cellula Synagogæ proxima diſcedens reliquerat, cruci affixerát, illa vero ſtatim ſanguinem emiſit. Quo miro obſtupefacti Iudęi, cœci, claudi, & infirmi ad ſanguinem accedentes ſanabantur. Atq; in hunc modum compuncti epiſcopū ciuitatis conuenerunt, rem illi omnem narrantes: qui cùm diligēter perquirere Chriſtianum qui dictam † Iconam reliquerat, feciſſet, & inuentum rogaſſet, hæc didicit: Quòd Nicodemus, qui ad Ieſum nocte venerat, proprijs manibus eam compoſuiſſet, & moriens Gamalieli tradidiſſet. Gamaliel vero moriens Iacobo reliquit, & Iacobus Simeoni, & Simeon Zacheo. Et ita per ſucceſsiones temporum vſq; ad Hieroſolymæ deſtructionem perdurauit. Biennio autem ante vrbis deſolationem Chriſtiani omnes à ſpiritu ſancto moniti cum omnibus quæ ad cultum Chriſtianæ religionis pertinere videbantur diſceſſerunt. Et eo tempore imago ſiue Icona comportata vſque in eum diem in Syria permanſit. Hanc, ait ille, ego ipſe à parentibus ex hac luce migrantibus mihi traditam iure hæreditario nunc poſſedi. Ecce vetuſtiſsima imago à ſanctiſsimo Nicodemo dipicta, per manus hæreditarias inſtar præcipui muneris ad longiſsima tempora perdurãs.

Imago Chriſti à Iudæis cruci affixa.

Ioan. 3. V.

†Ecce

¶ Ecce quomodo clariſſimo atque maximo miraculo, ſanguinis videlicet emiſſione, & ægrorum ſanitatibus oſtendit, quo ſint imagines honore à Chriſtianis habendę. Huic ſimile quiddam narrat Euſebius lib. 7. eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 14. & Nicephorus lib. 6. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 5. Quoniam in huius ciuitatis (inquit) Cæſareæ Philippi (quam Paneadem vocant) mentionem incidi; operę pretiũ arbitror hiſtoriam hoc loco citare, quæ digna plane videtur, quam memorię ad poſteritatem commendamus; mulierem illam ſanguinis ꝓfluuio afflictam, quam ſanctorum Euangeliorum teſtimonio à ſeruatore noſtro morbi remedium inueniſſe cognouimus, ex ea ciuitate oriundam, illiusque domum ibi oſtendi, & admirabilia quædam ſeruatoris in eam beneficij monumenta & quaſi trophęa ad hoc tempus durare memorant. Pro foribus enim domus illius æneam mulieris effigiem genibus flexis, & manibus inſtar ſupplicantis in anteriorem partem extenſis, ſuper editum lapidem collocatam, huic è regione viri erectam imaginem ex eadem materia conflatam, veſtitũ ad tales demiſſo decenter ornatam, & manum mulieri porrigentem, ad cuius pedes in ipſa baſi peregrinam quandam & inuſitatam herbæ ſpeciem enaſci, quam quidem vbi ad ænei veſtitus fimbriam excreuerit, morbis cuiuſque generis medicandi vim & facultam habere (addit Sozomenus:) quæ quidem cuius generis eſſet ne-

VI.

Euſeb. li. 7. Eccleſiaſticæ hiſt. c. 14 Niceph li. 6. hiſt. eccl. cap. 5.

Matth. 9. Luc. 8. Mulieris à profluio ſanguinis liberatæ geſta.

Statua in honorem domini noſtri Ieſu Chriſti erecta.

Herba maximæ virtutis.

Sozomenus.

mo noſtrorum medicorũ, qui vel ſcientia valebant medendi vel experientia, omnino nouit. Hanc ſtatuam effigiẽ Ieſu exprimere dicũt, quam ad noſtrã vſque ætatem manentem ipſi ad eã ciuitatem profecti oculis cernebamus. Nec plane mirum, eos qui ex gentilibus prognati, à ſeruatore dum inter homines viuebat beneficijs affecti fuiſſent, iſta effeciſſe, cùm & nos Petri & Pauli Apoſtolorum & Chriſti etiam ipſius imagines in picturis colorum varietate expreſſas conſeruatasque aſpeximus. Hæc Euſebius. Quem Sozomenus lib. 5. hiſt. eccleſiaſt capit. 20. ſequens ait: Illud porrò dicitur à me quod etiam regnante Iuliano accidit. Quod quidem vt Chriſti potentiam plane indicat, ita iram Dei aduerſus Imperatorem accenſam euidenter oſtendit. Cùm certior factus eſſet Cæſareæ Philippi, (eſt ea quidẽ Vrbs Phænicea, quam Paneadem vocant) præclarã eſſe Chriſti ſtatuam, quam mulier quæ ſanguinis profluuio laborabat, cũ eſſet morbo liberata ibi collocauerat, eam deturbauit, ſuamq; in eius loco poſuit. Quo facto ignis violentus de cœlo delapſus ſtatuam illam circiter pectus perſecuit, caputq; vnà cum collo in terram deiecit, atq; in faciem humi ea in parte defixit quæ fuerat à pectore diuulſa. Ex quo quidem tempore ad hodiernum diem atra tanquam fulminis ictu ambuſta manet. Id tẽporis igitur gentiles ſtatuã Chriſti tanta cũ violentia trahebant, vt eã confringerent. At Chriſtiani poſtea eius

lib. 5. hiſt. eccleſia. cap. 20.

Exemplum indicans Chriſti potentiam.

fra-

fragmenta cũ collegiſſent in eccleſia poſuerũt, vbi etiam adhuc cuſtoditur. Hæc Sozomenus. ¶ Hic obſeruandũ eſt primò, quòd ſtatua Chriſto erigitur, quam non modo ſpernit, ſed naſcẽtis herbæ miraculo ſanandiq; morbos virtute adornat. Deinde quòd eo tẽpore Petri & Pauli apoſtolorum imagines in picturis colorũ varitate expreſſæ conſeruabantur. Tertiò quòd ſtatuã Iuliani apoſtatæ loco illius quæ Chriſto erecta erat poſitam deiecit de cœlo ignis. Quartò quòd fragmenta illius à Chriſtianis collecta cuſtodiuntur in eccleſia. Vnde colligitur, non diſplicere Chriſto cùm illius imagines venerãtur ab eccleſia. Sed breuitati ſtudens omitto ꝙ refert Nicephorus lib. hiſtoriarũ eccleſiaſt. 2. cap. 7. quòd Chriſtus effigiem ſuĩ vultus linteo impreſſam Abagaro regi miſerat; omitto & quòd eiuſdem lib. ca. 43. refert, quòd B. Lucas primus Chriſti & B. Virginis matris atque beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli effigiem pinxerit, & pretioſum ipſius opus per totum orbem fuerit deportatum. Relinquo & quod Damaſus Papa in vita B. Syluestri recenſet, Cõſtantinum Auguſtum poſt Baſilicarum conſtructionem Saluatoris effigiem aureãm, & duodecim Apoſtolorum argenteas effinxiſſe. Taceo adhuc quomodo Adrianus primus in epiſtola ad Conſtantinum Imperatorem, quæ in Synodo Nicæna lecta fuit, multis auctoritatibus Chriſoſtomi, Cirilli, Athanaſij, Ambroſij & cæt. Imagines ſecundum

VIII. Primus. Secundus. Tertius. Quartus. Imagines ab eccleſia venerari Chriſto nõ diſplicet. Niceph. li. 2. hiſt. cap. 7. & 43. Effigies vultus Chriſti linteo impreſſa. Damaſ. Papa in vita B. Syluestri Adrianus I. in ep. ad Conſtant. Imper. Imagines Apoſtolorum Petri & Pauli. Patrũ definitio in ſynodo Nicæna circa ſanctorum imagines.

antiquam patrum traditionem eſſe recipiendas atque venerandas docuerit, & quòd Syluester Papa Petri & Pauli imagines Imperatori oſtendit. Verba Synodi Nicenæ vniuerſalis ſecundæ tantùm ſubiungamus: His ſic ſe habentibus inquit Synodus, regiam viam incedentes, & ſanctorum noſtrorum & diuinorum patrum doctrinæ inſiſtentes, & Catholicæ eccleſiæ in qua ſanctus ſpiritus inhabitat traditionem obſeruantes definimus cum omni diligētia & cura venerandas, & ſanctas imagines ad modum & formam venerandæ & viuificantis crucis è coloribus & teſſellis aut alia quauis materia commodè paratas dedicandas, & in tēplis ſanctis Dei collocandas, habendasque tum in ſacris vaſis & veſtibus, tum in parietibus & tabulis. in ædibus priuatis, in vijs publicis; maxime autem imaginem Domini & Dei ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti; deinde intemeratæ Dominæ noſtræ deiparę, venerandorum Angelorum, & omnium deinde ſanctorum virorum. Quo ſcilicet per hanc imaginum pictarū inſpectionem omnes qui contemplantur ad prototyporum memoriam & recordationem & deſiderium veniant, illisque ſalutationem & honorariam ad orationem exhibeant, non

IX. Latria ſolū diuinæ naturæ competit.

ſecundum fidem noſtram veram latriam, † quę ſolum diuinæ Naturæ competit, ſed quemadmodū typo venerandæ & viuificantis crucis, & ſanctis Euāgelijs, & reliquis ſacris oblationibus ſuffitorium & luminarium reuerēter accēdimus,

dimus, quemadmodum veteribus piè in conſuetudinem hoc adductum eſt. Imaginis enim honor in prototypum reſultat, & qui adorat imaginem, in ea adorat quoque deſcriptum argumentum. Sic enim ſanctorum noſtrorum patrum obtinet diſciplina vel traditio catholicæ eccleſiæ, quæ à finibus vſque ad fines euangelium ſuſcepit. Paulo ergo ſic in Chriſto loquẽti, omnique Apoſtolico cætui & patribus ſanctis idem ſentientibus inhærentes, ſeruamus traditiones, quas ſuſcepimus, & ſubſcriptione facta ſancta Synodus exclamauit: Omnes ſic credimus, omnes idem ſapimus, omnes approbantes ſubſcripſimus. Hæc eſt fides & Apoſtolorum, hæc eſt fides patrum, hæc eſt fides orthodoxorum, hæc fides orbem terrarum confirmauit. Credentes in vnum Deum, in Trinitate laudatum, venerandas imagines amplexamur. Hæc Concil. Nicenum Actione 30. Cui Concilium Trident. ſeſſ. 25. inhærẽs atque per omnia ſequens idem definit.

Fides apoſtolorum & Patrum & omniũ credentium

Conc. Nicẽ. actio. 7. Concil. Trid. ſeſ. 25

Pudeat ego Hæreticos contra ſententiam ſanctiſſimorum & orthodoxorum patrum inſurgere. Pudeat ſacra concilia in Spiritu ſancto congregata reijcere. Pudeat vniuerſalem & vetuſtiſſimam totius eccleſiæ traditionem non amplecti. Ac omnino vereantur ne cum Iuliano Apoſtata fulmine de cœlo delapſo pœnas ſui ſacrilegij diuinitus ferant. Cum enim geſtorum quæ à martyribus inuictè perlata ſunt pro Chriſti nomine memoriam obliterare con-

ten-

tendunt: Quid aliud expectare poterunt quàm iram & indignationem Chriſti pœnitus incurrere? Nos verò ſacra dogmata veterum patrum obſeruantes, in Chriſti eccleſia maneamus.

EXPLI ATIO LVII.

Idcirco colligam te ad patres tuos, ne videant oculi tui &c. 4. Reg. 22. C.

SVMMÆ.

I. *Sancti ſciunt quid agant viuentes.*

II. *Mortui poſſunt diuerſimode ſcire quæ hic aguntur.*

III. *Sancti pro nobis intercedunt & impetrant gratiam.*

IIII. *Sancti mittuntur ad auxiliandum viuis.*

V. *Negantes Sanctos pro nobis orare, negant illos charitatem habere.*

2. Reg. 22. IOSIAE Regi Deum dixiſſe refert ſcriptura: *Idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad ſepulchrum tuum in pace; vt non videant oculi tui omnia mala quæ introducturus ſum ſuper locum iſtum.* per verba hæc
Iob 14. & illa Iob 14. *Homo mortuus non intelliget, ſi nobiles fuerint filij eius, ſiue ignobiles*, contendunt Hæretici, noſtra & viuentium opera non videri à ſanctis in cœlis. Aut quòd mortui aliqua tan-

tangantur viuentium ſolicitudine. Namque ſi mortui ſcirent quid agatur in viuis, nõ diceretur Ioſiæ; colligeris ad ſepulchrum tuum in pace, vt non videánt oculi tui omnia quæ introductur⁹ ſum ſuper locum iſtum. Ideo enim flagella poſt illius mortem differuntur: ne videndo affligatur. Quod apertius dicit Iob: *Homo mortuus non intelliget &c.* Sed pro horum verborum intelligentia, quædam ſunt adnotáda. Primum, aliud eſſe loqui de ſanctis in Limbo ante Chriſti paſſionem exiſtentibus, & de ijs qui nunc facie ad faciem vident Deum; in quem aſpicientes tanquàm in ſpeculo vident & intelligunt quæ in terris aguntur. Nam èſto, quòd illi in tenebris iacentes neſcierint quid ageretur in viuis; de iſtis, qui modò vident Deũ videntem omnia, dici non poteſt. Quod ſi non videre, aut non intelligere afflictiones, quę nos hic premunt, dicantur, eſt, quoniam ob illas, nullas patiuntur anguſtias, nulloſque ſentiunt dolores; ſicut ſentirent, & paterentur, ſi vitam viuerent mortalem.

Hoc loco abuſi ſunt hæretici.

Exponitur propoſitio

Primum notandum

1. Cor. 15.

1. Videre autem eos, ſatis apparet, † quia non diceretur à Dòmino Lucæ 15. Gaudiũ eſt Angelis in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiã agente, niſi Angeli, peccatores pœnitentes viderent.

De Iohanne Baptiſta adhuc in mortali corpore exiſtente ſcribitur, quod viderit cogitationes Phariſæorum & Scribarum. Quanto igitur magis credendum eſt, Sanctos

ctos à corpore ſolutos, hæc videre? Abraham Luc.16.dicit Scriptura ad diuitem Epulonem, flammis cruciatum dixiſſe: Recordare fili, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Sciuerat ego Abraham voluptuoſam vitam diuitis, & calamitates pauperis. Ergo ſancti norunt, quid agatur in viuis. Deinde adnotandum, iuxta ſententiam B. Aug. lib. de cura agẽda pro mortuis cap.14.15.& 16. Quòd mortui ſcire poſſunt, quæ hic aguntur; Vel reuelãtibus hominibus, qui decedunt; quomodo fortè Lazarus potuit vitam diuitis Epulonis indicare Abrahæ; Vel quòd Angeli, qui adſunt rebus viuentium, nuntient ea mortuis, non omnia, ſed quæ tantùm illos ſcire oporteat; Vel quòd in ſpeculo diuinitatis, in quo cuncta relucent; videant ſancti, quæ circa nos aguntur, diſponente volenteque Deo; Vel quod mortui diuina diſpenſatione ſecretoque Dei iudicio mittantur ad viuos. Tertiò erit adnotandum, quod duplex eſt mortuorum cognitio: Altera naturalis, altera per diuinam diſpenſationem. De naturali quidem cognitione intelligendæ ſunt ſcripturæ omnes, quæ aſſerunt mortuos, quæ fiunt apud viuos neſcire, ſimpliciterque ignorare. Longe enim ſunt à viuentium conſortio ſemoti, & ſpiritualium ſubſtantiarum conuerſationi coniuncti. Quomodo dicebat Iob: *Homo mortuus non intelliget, ſi nobiles fuerint filij eius, ſiue ignobiles.* De cognitione autem per diuinam diſpenſationem, & modis quos

[Margin notes: Secundum notandum Aug. in li. de cura agenda pro mortuis. — II. Primo. Secundo. Tertio. — Tertium notandũ. — Iob 14.]

quos ſupra diximus, non erit ambigendum. Mortuos autem generali quadam dilectione viuentes, & maxime domeſticos diligere, atq; Auguſt.
eis bene cupere quis dubitabit? Neſcimus viuentes quid circa mortuos agatur, generali tamen dilectione proſequentes, bene illis eſſe optamus; ſic contrà, illos circa nos affici eſt credendum. Exemplum diuitis.
Quomodo diues Epulo erga fratres viuentes in inferno poſitus afficiebatur, poſtulans mitti Lazarum, ne & ipſi venirent ad locũ tormẽtorũ. Luc. 16.
Quartò, quid moueat ſanctos viuẽtibus bene cupere, bene optare, illiſq; quantũ poſſunt auxiliari, charitas eſt; quæ cũ nũquàm deficiat, immo maiori perfectione eos poſt mortem comitetur, efficit, vt viuẽtes diligant. Quartum notandum 2. Cor. 13.

† Ne igitur ea charitate, qua in hoc ſeculo erga homines afficiebantur, deſtitutos eſſe dicamus; fatendum eſt, apud Deum pro nobis orare, & impetrare. Qui ergo negant, ſanctos pro viuis orare, negant eos charitatem habere. III.

† Quod vero ſancti diuina diſpenſatione ad viuis auxiliandum mittantur, docet ſancta ſcriptura de Moyſe; quem mortuum dicit Deut. 34. cum Helia tamen viuo in monte Tabor apparuiſſe Chriſto, Mat. 17. Teſtatur adhuc de Onia ſacerdote, ſanctitate ſpectabili, quòd apparuerit Iudæ Machabeo pugnam inituro contra Nicanorem 2. Machab. 15. Refert quoque Grego. lib. 4. Dialog. ca. 40. Paſchaſiũ diaconũ, & alios multos mortuos ſæpe apparuiſſe. In hiſtoria etiam B. Syluestri legitur, Petrũ & Paulum per viſionem IIII. Deut. 34. Matt. 17. Macha. 15. Grego. li. 4 dialog.

nem allocutos Cõſtantinum Imperatorem &c. Quapropter firmiter credendum eſt, Sanctos orare pro viuis, & apud Deum patrem per Ieſum Chriſtum pro nobis intercedere, videntes in ſpeculo diuinitatis neceſſitates, quibus an-
4. Reg. 22. gimur. De Ioſia verò, quomodo fuerit cum eo bene conſultũ, vt mortem oppetẽdo deſtructi onem Ieruſalem non videret; dicẽdũ eſt, eum
Gratia quã Ioſiæ deus contulit. ad Limbũ ſanctorũ patrum, vbi de futura beatitudine ſecurus erat, deſcendiſſe; ibique malorum afflictionem, & ſi ſciuerit, propter ſtatus mutationem neq; ſentijſſe, neque doluiſſe. & hæc eſt gratia, quàm illi contulit Deus.

EXPLICATIO LVIII.

Sed timui ne honorem Dei transferrem. Eſther. 13. C.

SVMMAE.

I. *Hebræi fortè externum quendam cultum ſoli Deo deferebant.*

II. *Deus quo cultu ſit adorandus.*

III. *Deo debetur ſummus honor tam in interiori quam exteriori homine.*

IIII. *Sacrificium ſoli Deo offerri poteſt, alteri vero applicari non ſine ſacrilegio licet.*

V. *Iidem actus, licèt & Deo & hominibus exhibeantur, intentione tamen dantium, vel accipientium ſeparantur.*

VI. Chri.

VI. *Chriſtiani, ſoli Deo ſacrificant, non lapidi, ligno, Sanctis, vel hominibus.*

REDDENS Mardochæus rationẽ Deo, cur noluerit adorare Aman, inquit: *Sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem excepto Deo meo. Eſther. 13.* Colligunt ex hoc loco Hæretici, peccare eos qui adorant ſanctos & imagines: quippe quòd neq; Mardochæus voluerit adorare Aman, ne honorem Deo debitum in hominem transferret. Sed profectò falluntur, cùm non ſatis intelligant, aliam eſſe reuerentiam aliumque cultum quem Chriſtiani ſanctis & imaginibus deferunt, quàm is quem negauit Mardochæus. Erat enim hebræis † exterior quædam reuerentia, vt proſtratio corporis in terram, manuum extenſio, & vtriuſq; genu genuflexió, quam ſoli Deo exhibere ſolebant. De Salomone.n.3. Reg.8. legitur, quòd cùm compleſſet omnem orationem deprecationemque, ſurrexit de conſpectu altaris Domini, (vtrunque enim genu in terram flexerat, & manus expanderat in cœlum:) & hæc, quam ſibi ambiebat Aman, negatur à Mardochæo, qui cùm Iudæus eſſet, Deoque ſoli illam exhibere ſoleret, timebat ſi in hominem tranſtuliſſet, Deum offendere. Quare iuxta hanc reuerentiam; quæ Deo à Iudæis reſeruabatur, noluit Mardochæus adorare Aman. At vero nunc cùm inter Chriſtianos ſublatę ſint adulatoriæ illæ proſtrationes: † vereque cogno-

Eſther 13.

Hęretico-rũ abuſus.

Reuerẽtiã & cultus non idem.

Exponitur propoſitio I.

3. Reg. 8.

Cauſa cur Mardochę us noluit adorare Aman.

II.

ſcatur quo cultu ſit Deus adorandus;& quo honore ſint homines honorandi; multumque intereſſe inter animum adorantium;an Deo (cui ſupremus debetur cultus) an homini, vel creaturæ (quibus minor) deferatur honor ; non eſt, quod timeamus, Deum noſtris adorationibus offendere, illiusque lædere maieſtatem. Nemo quippe Chriſtianorum eſt, qui neſciat, longe aliam habere intentionem eum, qui genua flectit Deo,& qui Sanctis ſe inclinat. Nam diuerſitate, intentionis animique applicatione, diuerſa quoque & alia ſit adoratio eodem

Quæritur. etiam corporis geſtu. Petet verò aliquis: Cùm multi ſint corporis actus, qui tam Deo, quàm hominibus deferuntur; ſit ne aliquis ita Deo debitus, vt alteri ſine ſacrilegio deferri non poſſit?

Reſponſio. II. Reſpondeo, veteres Theologos in eo maxime conuenire, † quòd cùm Deus ſit ſumma virtus, primum omnium rerum principium ac finis, & beatitudo hominum; illi ſummus honor, excellentiſſimaque tam in interiori homine, quam in exteriori corporis geſtu reuerentia debetur; inter tamen omnes corporis actus, vnus eſt præcipuus, qui ad ipſius Dei religionem tantùm pertinet. Hunc verò quidam dixere genuflexionem cum vtroque genu eſſe: Nam & Salomonem vtrunque genu ante Deum curuaſſe, & Mardochæum genua flectere, ne Deum offenderet, negaſſe Aman legitur. Sed hoc alijs minime placet, voluntque genuum curuationem actum eſſe, qui tam

3. Reg. 8. Eſter 13.

Deo

Deo quam homini ſine ſacrilegio exhibetur. Nam Abigail, non tantùm genua coram Dauide flexiſſe, ſed in faciem quoque cecidiſſe ſcribitur 1. Reg. 25. Abdias etiam propheta genua curuauit contra Eliam, precatusque eſt eum. Minime autem cenſeri debet aut Dauid, aut Eliam, ſibi genuflexiones fieri paſſos fuiſſe, ſi tantum illæ Deo, non hominibus eſſent deferēdę. Propterea opinati ſunt tunſionem pectoris, ſimulq; oris, eſſe actū illum primum, qui Deo nō hominibus defertur. Vtrunq; enim publicanus ille, qui percutiebat pectus ſuum, neq; audebat oculos ſuos ad cœlum leuare, Deo tantùm detulit. Namq; cùm pectora, vel ora percutimus, animi dolorem oſtendimus, veniamque peccatorum precamur à Deo, qui ſolus, non homo remittere peccata poteſt. Neque hæc opinio ſatis videtur probabilis, cùm tam ab homine culparum, quas in ipſum comiſimus, quá à Deo offenſionum noſtrarum poſſimus veniam impetrare. Qua de re Aug. ſententia videtur eſſe tenenda: quod ſacrificium offerre, ſoli Deo conueniet; vt alteri ſine ſacrilegio nequeat applicari. Verba illius lib. 10. de Ciuitate Dei cap. 4. ſubſcribenda ſunt: Nam inquit, vt alia taceam, quæ pertinent ad religionis obſequium, quo colitur Deus; Sacrificium certe, nullus hominum eſt, qui audeat dicere deberi niſi Domino ſoli. Multa deniq; de cultu diuino vſurpata ſunt, q̄ honoribus deferuntur humanis, ſiue humilitate nimia, ſiue adulatione peſtifera; ita

1. Reg. 25. 3. Reg. 18. Luc. 18. Deus eſt qui peccata dimittit. Aug. lib. 10 de ciu. dei.

tamen, vt quibus ea deferuntur, homines habentur; qui dicuntur colendi, & venerandi; ſi autem eis multum additur; & adorandi. Quis vero ſacrificandum cenſuit, niſi ei, quem Deũ aut ſciuit, aut putauit, aut finxit? Hacten⁹ Aug.

Ex dictis Auguſtini tria colliguntur.

Primum. Porrò tria ex his colliguntur: primum multos eſſe actus humanos, quos tantũ in colendo Deo adhiberi oporteret, velut genu flectere, caput nudare, leuare manus, ſeq; ad terram proſternere &c. Qui tamen, vel nimia dantis humilitate, vel magna recipientis ambitione, ad homines ita tranſlati reperiuntur, qui vt eos nõ exhibent punitione digni videantur.

Secũdum. III. Secũdum, quod ijdem actus, qui Deo & hominibus exhibẽtur, ſola vel dantium vel recipientium intentiõe ſeparantur, Alia quippe intentione genuflectunt homines Deo, Alia pontifici, ſiue Regi. In illa enim Deum agnoſcunt, in iſta verò hominem honorant. Hinc igitur fit clarum quod ſcriptura varie hoc vocabulo, adorare, vtatur, Adorat, enim Deum Eunuchus reginæ Candacis: Adorat Abraham populum terræ. Gen. 3. ſed ille Deum coluit, iſte quodam humilitatis geſtu populum honorat. Adorat Elcana Deum ſimul & Anna; Adorant Nathan, & Berſabæa Regẽ Dauid: Verùm illi ſummo Deo diuinos honores deferunt: iſti genua coram rege curuantes, hominem reuerentur.

Acto. 8. Geneſ. 23. 1. Reg. 1. 3. Reg. 1.

Tertium. Tertium eſt, quòd ꝓprius; præcipuusq; corporis geſt⁹, qui ſoli Deo eſt exhibendus, & qui nulli vnquã creaturæ datur ſine ſacrilegio, aut dari poteſt

ſine

ſinæ idololatriæ nota, eſt ſacrificij oblatio: Siquidem nemo eſt tam hebes, tanquam ſtupidæ mentis, vt cenſeat, ſacrificia diuina eſſe hominibus deferenda. Si qui verò inuenti ſunt, qui hæc attentauerint; falſa certe religione fuere decepti. Quapropter cùm quæritur, quis ille ſit externus, præcipuusq; corporis actus, quo ſolo colimus Deum; reſpondẽdum eſt, ſacrificij oblatio; ſoli.n. diuinæ maieſtati cõuenire poteſt. Vnde videāt idololatræ, incantatores, & malefici, quam perperam agant, cũ dęmonibꝰ, falſiſque Dijs ſacrificia offerunt: Quamobrem Chriſtiani neque lapidi, aut ligno, aut ſanctis, vel hominibus ſacrificant; ſed ſoli Deo, cœlorũ regi ſacrificia offerunt. Ac cæteros geſtus recta animi cogitatione ſeparant: vt alio certè modo Deus, alio honoretur homo; & eandem genuflexionem, ſed non eadem animi intentione, Deo, & homini exhibent. Mardochæus itaque iſte poterat etiam genuflexione, ſiue corporis proſtratione Aman veluti hominem honorare; niſi fortè eo tempore peculiaris eſſet Iudæis vſus, huiuſmodi actus ſoli Deo impendere. Itaque manifeſtum eſt; & grauiter hæreticos peccare: cùm catholicos idololatriæ accuſant; quod Deo, & ſanctis hominibus genua flectunt: Namq; nihil prorſus eſt ibi erroris; cũ alia ſit genuflectentis erga Deum, & alia erga hominem intentio.

Dæmonibus ſacrificantes.

EXPLICATIO LIX.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Pſal. 15. Ver. 10.

SUMMAE.

I. *Anima Chriſti ab inferno detineri non poterat.*

II. *Anima Chriſti dolores inferni nequaquã paſſa eſt.*

III. *Dolores inferni peccatoribus infliguntur.*

IIII. *Pœnæ inferni quæ.*

V. *Anima Chriſti inſtanti ſuæ conceptionis Beata fuit, habens perpetuò diuinitatem vnitam & adſiſtentem.*

VI. *Quomodo Chriſtus dicitur ſoluiſſe dolores inferni.*

Hæreticorũ opinio de anima Chriſti. Pſal. 15.

CALVMNIANTVR hæretici animam Chriſti dolores inferni fuiſſe paſsã, quoniam Dauid eximius prophetarum pſal. 15. dicit in perſona illius: *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*; putãtes prophetæ ſenſum eſſe, animam Chriſti prius in inferno poſitam, per aliquod temporis ſpatium dolores inferni ſentijſſe; ſed ibi minime relictam, quoniam in illis non erat permanſura, vnde & gloriantur doctrinam ſuam cum ſancta ſcriptura conueni re, cùm

re, cùm docent Chriſtum dolores atq; pœnas inferni fuiſſe perpeſſum. Sed quem infernum intellexerit propheta, non aduertũt. Præuidẽs enim reſurrectionẽ domini Dauid ait: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Equidem hic Prophetam, de inferno vbi patres veteris teſtamenti, qui fidem Chriſti reparatoris tenueruut, & ſub fœlici ſpe viuebant, eſſe intelligendum, docuit Apoſtolus Petrus. Oſtendit enim animam Chriſti ad infernum deſcendiſſe, † ſed inde ſolutis doloribus inferni remeaſſe. Minime enim teneri poterat ab inferno, quæ neque peccatum, neque dolum fecerat; & quæ diuinitati erat vnita. Atque ideo dicitur, non eſſe in inferno relictam, propterea quod inde propria virtute cito remeauerit. Quod autem dicitur: Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem; corpori conuenit; quod in ſepulchro poſitum tum ob celerem ſequutam reſurrectionem, tum ob illi coniunctam diuinitatem corrumpi non potuit. † Quo circa Chriſti anima non eſt in inferno derelicta, & corpus in ſepulchro corruptionem non vidit. Sed poſt triduum, facta reſurectione iterum redijt viuus. At quis non videt, † dolores inferni nõ niſi peccatoribus infligi debere? Quis ignorat, Chriſtum neque peccatum feciſſe, nec inuentũ eſſe dolum in ore eius? Igitur immunem omnino eum à doloribus inferni oportebat eſſe. Deinde ſi per triduum ante reſurectionem, vel

Exponitur propoſitio

Acto. 2.

I.

II.

III.

per tempus aliquod inferni doloribus affligi-
tur, quomodo Latroni dicit: Hodie mecum e-
Luc. 23. ris in paradiſo; An forte putandū eſt, potuiſſe
eum dare latroni paradiſum, cùm ipſe pœnis
IIII. affligeretur? Rurſus, inferorum pœnæ ſunt † o-
dium Dei, deſperatio, priuatioque viſionis di-
uinæ. Atqui animam Chriſti ab inſtanti ſuæ cō-
V. ceptionis beatam, † & adſiſtentem vnitamque
diuinitatem habuiſſe perpetuò quis ignorat?
Obiectio. Ergo qui fieri potuit, eum odiſſe Deum, deſpe-
Act. 2. raſſe, viſioneque caruiſſe diuina? Commen-
dauit etiam Patri Spiritum in cruce, & pro ſua
reuerentia eſt exauditus. Ergo inferni dolores
ſentire non potuit. Mouebit forte quempiam,
quod in Act. Apoſtolorum hæc verba expo-
nens Beatus Petrus dixit: Illum ſoluiſſe dolo-
res inferni, in quibus impoſsibile erat teneri.
Ergo prius paſſus dolores, deinde ſolutis illis
reſurexit. Reſpondet Aug. in epiſtola ad Euo-
VI. dium, quæ eſt. 99. † duplici ratione Chriſtum
Reſpondit Aug. ad Euodium. inferni dolores ſoluiſſe. Vel quòd paratos ſibi,
ſicut cæteris hominibus, euaſerit. Quia immu-
nis à peccato, & diuinitati vnitus ibi teneri nō
Pſal. 123. potuit. Quomodo laquei venantium rumpi di-
cuntur, non quia tenuerunt, ſed quia tenere
debebant. Vel dolores inferni ſoluiſſe arbitre-
mur, cùm non ſuos, ſed aliorum, patrum ſcilicet
in Limbo degentium ſoluerit, & ſecum ad cœ-
los adduxerit. Sicut de eo idem propheta dixe
Pſal. 76. rat: Aſcendens in altum captiuam duxit capti-
Ioan. 12. uitatem. Et alibi de ſemetipſo dicit: Cùm exal-
tatus

zatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Traxit quidem omnia, cùm nullum ex electis in inferno reliquit. Infideles, & qui mortiferis voluptatibus dediti fuerant, in inferno perpetuis cruciatibus puniendos deſerens. Hoc autem indicauerat Oſeas propheta dicens: Ego ero mors tua o mors, erò morſus tuus ò inferne. Equidem Chriſtus mors fuit mortis: quoniam pœnitus eam interemit. Morſus verò inferni, quia partem, id eſt electos aſsumpſit; partem; id eſt damnatos ſempiternis ignibus reliquit cruciandos.

Chriſtus traxit omnia ad ſeipſum quo modo.

Oſeæ 13.

Chriſtus fuit mors mortis. Chriſtus fuit morſus inferni.

EXPLICATIO LX.

Delicta quis intelligit? ab occultis &c. Pſal. 18. Ver.

S. V M M AE.

I. *Maxima eſt humani cordis malitia.*

II. *Aliena peccata ſunt quæ vel pœnitentem fugiunt, vel aliorũ occaſione contrahuntur.*

III. *Peccata, quæ memoria exciderunt, in confeſſione comprehenſa intelliguntur.*

IIII. *Peccata mortalia cum circunſtantijs ſpeciem mutantibus confiteri neceſſum eſt.*

V. *Multi beneficio abſolutionis ſua incuria carent.*

VI. *Peccatorum iudex eſt ſacerdos habens poteſtatem ligandi, & ſoluendi.*

VII. *Deus maior eſt corde noſtro.*

HAE-

HAERETICI, cùm damnant peccatorum accuſationem, quã coram confeſſario faciẽdam præcepit dominus, ſibi conſẽtire Dauidẽ prophetam gloriãtur, quem putant eam pronunciaſſe impoſſibilem, Dum in Pſ. 18. dixit. *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.* Profecto autem Hæretici quanquam multum in hæc verba iactetis ſtrepitumque faciatis, vt iam de catholicis triumphaſſe videamini, & vobiſcum eſſe Dauidem contendatis. Tamen neque verborum Dauidis ſententiam percipere, neque quid catholici per illam peccatorum cõfeſſionem velint intelligere, oſtenditis. Dauid

Exponitur propoſitio

enim nihil de confeſſione ſacramentali his verbis meminit, ſed tantùm de malitia, profunditateque, & incertitudine humani cordis, vt in plurimis offendat neſciens per negligentiam; quo fit vt incertus reddatur, ac odio vel amore dignus habeatur. Hoc ſatis indicãt verba ſequentia, cùm dicitur; Ab occultis meis mũda

Eccl. 9. 11.

me. Ecce de quibus delictis intellexerit, Sequitur, & ab alienis parce ſeruo tuo. † Aliena quidem ſunt peccata, quæ vel pœnitentem fugiunt, vel aliorum occaſione contrahuntur. Simile huic dixit Paulus 1. Corin. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc inſtificatus non ſum. Deus autem eſt, qui me iudicat. Simile etiam eſt illud Ioannis 1. Ioan. 3. Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum, maior eſt Deus corde noſtro.

Aliena peccata quæ ſunt.

1. Cor. 4.

1. Ioan 3.

ſtro. Hunc locum exponēs Hieronym, ait. Qui in delictis eſt, id eſt in peccatis, iudicia Dei non intelligit, neque ſua peccata, quamdiu eſt in delictis. Delicta quis intelligit, niſi ſcrutator cordium Deus, qui & poteſt ea dimittere? Ab occultis meis mūda me, & ab alienis parce ſeruo tuo: ab ocultis, id eſt præteritis peccatis; & ab alienis, hoc eſt, quæ futura ſunt & adhuc ad me non venerunt. Ruffinus in eum locum ſic ſcriptum reliquit. Inter hæc autem iudicia diuina, quæ deſiderat, et retributionem Cœleſtem quā ſperat, de proprijs vir ſanctus videtur expaueſcere peccatis; cùm ſubiungit: Delicta quis intelligit? & ideo ſequitur oratio, Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Nō eſt mirum, ſi delicta ſua quiſque non intelligat, quia ipſa tenebræ ſunt; & oculum cordis impediunt, nec lucem ſinunt videre, nec ſe. Ergo Deo dicamus, qui nouit videre quid purget, nouit inſpicere quid ſanet: illi dicamus: Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Delicta mea inquinant me, delicta aliena affligunt me: ab his mūda me, ab alienis parce. Tolle mihi ex corde malam cogitationē, repelle à me malum ſuaſorem: hæc Ruffinus. Tria ſane hic colligit Ruffinus. Primū, prophetam peccata propria, quę latentia multa eſſe poterant, expaueſcere. Secundum, propterea eſſe occulta, quia delicta tenebræ ſunt, & neque lucem, neque ſe videre permittunt. Tertium eſt, oratio; quæ tam pro ſuis, quàm pro alienis delictis

Hieronym. *Ruffinus.* *Tria ex Ruffino colligūtur. Primum. Secūdum. Tertium.*

liſtis deprecatur Dominum. Vnde fit conſequens, vt peccata, quæ ipſum Dauidē non prætéribant, particulariter Deo confiteretur; quæ
III. verò vel memoria exciderant, † vel ad notitiam non peruenerant, vna ſimul confeſsione profiteretur, dicens: Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Hęretici quoque non intelligunt quid de confeſsione peccatorum coràm ſacerdote facienda, præcipiant
IIII. catholici. † Ij namque non docent neq; præcipiunt, omnia peccata, ſed mortalia tantùm, cum circunſtantijs qui ſpeciem mutāt, confiteri neceſſum eſſe, Ea ſcilicet, quorum pœnitens memoriā habet. Si enim prætermittit aliqua, quia
V. ea cōfiteri erubeſcit, hypocrita eſt, †Si per malitiam, non pœnitens, ſed obſtinatus oſtenditur, & ideo vterque beneficio abſolutionis & indulgentiæ priuatur. Rurſus, ſicut in peccatorum contritione, quæ Deo fit, eorum requiritur numeratio, quo de ſingulis conteratur & doleat; aliòquin vera non inueniretur contri-
Ioan. 20. tio: ita in confeſsione ſacerdoti ex Chriſti inſtitutione facienda, peccata omnia (ſicut dictum eſt) de quibus oportuit pœnitentem dolere, reuelanda ſunt. Adhuc ſacerdos conſtitutus iu-
VI. dex, † poteſtatemq; ſoluendi & ligandi habēs, neque peccata iudicare, neque illa ſoluere & ligare, ſi neſciat, poterit. Scire autem impoſsibile eſt: niſi à proprio patratore enumerentur, & illi reuelētur. Pœnitens vero & ſi delicta, peccataq; abſcondita, & ſuam infirmitatē expaueſce-

ſcere debeat; præſertim ne in ſui ipſius præſum ptionem labatur: erecto tamen animo, acceptaque diuinæ bonitatis fiducia, ſe à peccatis abſolutum, gratiam Dei per ſacramenti abſolutionẽ cõſecutum eſſe, poteſt exiſtimare. Quamuis eum pauere ſemper oporteat, dum non de ſacramentis imbecillitate, ſed de contritionis ſuæ imperfectione recogitat. Si enim Deus peccatori ad pœnitentiam reuerſo indulgere nollet, nullo modo pœnitentiam iuſsiſſet. Cæterum quæ memoriam fugiunt, & quæ non agnoſcuntur peccata, ſub vna flebili cõfeſsione collecta, Deo ſunt offerẽda. Qui cùm maior ſit corde noſtro, per miſericordiam ſuam, & paſsionem & meritum Chriſti indulgebit condonabitq; clementer. Falsò ergo Hæretici confeſsionem peccatorum tanquam rem impoſsibilem, & Dauidi, & alijs locis ſcripturæ repugnantem calumniantur. Non enim requiritur niſi ea, quæ humanæ fragilitati poſsibilis; & nõ reijcitur, niſi quæ vel per hypocriſim, vel per malitiam aut deſidiam non completur. Eſſe autem prædictorum prophetæ verborum germanum ſenſum quem explicauimus, ſancta Trident. Synodus ſeſſ. quarta, cap. de confeſsione, his verbis teſtatur: Sed & impium eſt (inquit) confeſsionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impoſſibilem dicere, aut carnificinam illam conſcientiarum appellare. Conſtat enim nihil aliud in Eccleſia à pœnitentibus exigi, quam vt poſtquam quiſque diligentius ſe excuſſerit, & con-

Sãcta Trid. ſynod. ſeſ. 4 cap de confeſſ.

conſcientiæ ſuæ ſinus omnes & latebras explo rauerit, ea peccata confiteatur, quibus ſe Dominum & Deum ſuum mortaliter offendiſſe meminerit. Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuerſum eadem confeſsione incluſa eſſe intelliguntur, pro quibus fideliter cum propheta dicimus: *Ab occultis meis munda me Domine.*

EXPLICATIO LXI.

Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, &c. Pſal. 31. Ver. 2.

SVMMAE.

I. *Quomodo concupiſcentia in homine baptizato poſt baptiſmum remaneat, ſed non conſentienti non ſit peccatum.*

II. *Iuſtitia qua iuſtificantur, non eſt illa formaliter qua Chriſtus iuſtus eſt.*

III. *Baptiſmus abluit, ſanctificat & iuſtificat impium.*

IIII. *Opera noſtra bona non fiunt ſine præmio.*

V. *Gratia Dei dicitur iuſtitia non qua iuſtus eſt; ſed qua nos iuſtos facit.*

VI. *Peccata tribus modis remittuntur.*

VII. *Peccatum quod uere habet rationem peccati, non manet in iuſtificato.*

PRO

PRODVCVNTVR verba hæc prophetæ à Lutheranis & Caluiniſtis hæreticis, quo eorum impium & veſanum dogma confirmant. Docent enim peccatum originale, in quo concipitur omnis homo, manere vſque mortem; vereque damnare. Baptizatis tamen non imputari propter Chriſtum. Vnde conſequitur omnia opera hominum eſſe polluta; nihilque apud Deum mereri; & qui iuſtificantur, ſola Chriſti iuſtitia imputatiua iuſtificari. Pſal. 31. Lutherani & Caluiniſtæ hæretici hoc loco abuſi ſunt.

Catholicorũ autem veritas fatetur, peccatum originis, † id eſt fomitem & concupiſcentiam in homine baptizato vtique poſt baptiſmum manere, ſed illud non eſſe peccatum, aut pro peccato reputari, niſi per hominis conſenſum. Sententia eſt Apoſtoli ad Roma. capitulo octauo dicentis: *Nihil ergo nunc damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant.* In ijs ergo qui carnis petulantiam non ſequuntur, neq; carni conſentiunt, non eſt peccatum. Et in eadem epiſtola cap. ſexto prius dixerat: Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore; vt obediatis concupiſcentijs eius. Igitur concupiſcentia carnis poſt baptiſmum adhuc ineſt; ſed non regnat, ſi concupiſcentijs illius non obediatur. † Docet iterum catholica veritas, iuſtitiam qua iuſtificamur, non eſſe formaliter eam, qua iuſtus eſt Chriſtus, ſed noſtram eſſe, nobis donari, ac in nobis fieri, vt verè iuſti ſimus per noſtram iuſtitiam, Exponitur propoſitio I. Rom. 8. Rom. 6. II.

ſtitiam, meritis Chriſti impetratam. Porrò ſancta hæc doctrina multis ſanctæ ſcripturæ auctoritatibus comprobatur. Apoſtolus enim in epiſtola, quæ eſt ad Romanos, capite quinto, tantam illius peccati, quod à primo homine Adam patratum fuit, docuit eſſe vim, & perniciem, vt verè peccatores iniuſtique omnes homines per eam conſtituti, & moriantur & damnentur. Tàm ergo magnam imò maiorem oportet eſſe iuſtitiam ſecundi Adam Chriſti, tantumque robur meritorum illius, quòd verè, & non imputatiuè iuſti conſtituantur, & fiant. Vt vbi abundauit delictum, ſuperabundet & gratia. Si enim culpa mea ab Adam traducta condemnor; quid eſt quod mea iuſtitia per gratiam Dei non liberor? Valde quidem abſurdum eſt, nos verè factos hæredes ſupplicij primi parentis, & minimè fieri verè realiterque participes iuſtitiæ ſecundi hominis Chriſti. Rurſus idem Apoſtolus, primo Corinthio. 6. ait: Et hæc quidē fuiſtis; ſed abluti eſtis; ſed ſanctificati eſtis ſed iuſtificati eſtis in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Hic aſſerit Apoſtol⁹ fornicarios, Idolis ſeruientes, adulteros, &c. fuiſſe olim Corinthios, ſed poſt Baptiſmum † ablutos, ſanctificatos, & iuſtificatos. Quomodo autem abluti ſunt, loti ſunt, iuſtificatique fuere, ſi in eis adhuc erat peccatorum labes? Hinc Deus per Iſaiam ait: Ego ſum, Ego ipſe ſum, qui deleo ini-

Rom. 5. — Rom. 5. — Robur meritorum Chriſti quanti fuerit. — 1. Cor. 6. — III. — Iſa. 43.

iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Non dicit ego ſum, qui non imputo, ſed ego ſum, qui deleo iniquitates. Iniquitatum ergo maculæ cùm deleantur, non remanent, & cùm non remanent imputari nequeunt. Rurſus ad Epheſ. 1. ſcribens ait: Elegit nos ante conſtitutionem mundi, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius. Audi, vt eſſemus, non vt reputaremur ſancti & immaculati in conſpectu illius. Quis vnquam poterit ferre inſaniam tantam, vt credat parietem eſſe album alterius rei albedine, & non propriam habere? Aut quis crediderit aquam ob id eſſe calidam, quia ignis, qui ſupponitur, eſt calidus; & non potius propria ab igne contracta, in eaque remanente caliditate? & ſic eſt credere, non propria iuſtitia, ſed aliena, & quæ extra nos eſt, per imputationem tantùm fieri iuſtos. Sed Iohannes Baptiſta hunc errorem propius elidens inquit: Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Qui tollit, ait: non, qui non imputat; quoniam per ingredientem gratiam, pulſis ab anima peccatis, charitatem, qua iuſtificamur, induimus. Et Matth. 5. ait dominus: Luceat lux veſtrà coram hominibus, vt videant bona veſtra opera. †Sanè non ait: vt imputatiue videantur bona, ſed veſtra (inquit) bona, id eſt à vobis facta. Nimium certe orationum, ieiuniorum, eleemoſinarum, aliorumque operum onere ſuos

Maculæ deletę non remanent.

Epheſ. 1.

Ioan. 1.

Matt. 5.

IIII.

inhærente nobis,ſed tantùm imputata iuſtitia Chriſti differit. Pugnat enim apertè cum verbo Dei, vti ſupra oſtenſum eſt. B. Aug. lib.de verbis Apoſtoli,ſer.1.hanc doctrinam enarrás, inquit,Domini eſt ſalus,non qua ſaluus eſt dominus,ſed quam dat eis quos ſaluos facit, ⁊ Sic & Dei gratia iuſtitia Dei dicitur, non qua iuſtus eſt dominus ſed qua iuſtificat eos,quos ex impijs iuſtos facit. Quamobrem Sancta Trident. Synodus recte ſeſſ.6. can. 10.& 11. hanc hæreticorum veſanam opinionem his verbis damnauit.Si quis dixerit homines ſine Chriſti iuſtitia,per quam nobis meruit,iuſtificari, aut per eam ipſam formaliter iuſtos eſſe,anathema ſit &,Si quis dixerit homines iuſtificari vel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti,vel ſola peccatorum remisſione,excluſa gratia & charitate,quæ in cordibus eorum per Spiritum ſanctum diffundatur,atque illis inhæreat;aut etiam gratiá, qua iuſtificamur,eſſe tantum fauorem Dei,anathema ſit. hæc ibi Synodus.

Auguſt. li. de verbis Apoſt.ſer. 1.

Sinod.Tri. ſeſſ. 6 can. 10.& 11.

Verba autem ſancti prophetæ,quæ dicunt; *Beatus vir,cui non imputauit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus*,minime iuſtitiá Chriſti erga nos imputatiuá prætendunt, aut noſtrá à nobis propriá & inhęrentem auferunt.Inſinuant verò, quoſdam diuinæ indulgentiæ in remittendis peccatis gradus,vt quoddá maius ſit tegere peccata quàm remittere.Et rurſus, maius quoddam non imputare, quàm tegere; vt tandem non imputari peccatum ſit, cùm nullũ

Pſal.31.

Gradus indulgentiæ in remittendis peccatis.

illius in mente hominis nequitiæ veſtigium remaneat. Ruffinus verba illa ſic reddidit explicata; Sunt nonnulli pœnitentes, quorum per lauacrum regenerationis remiſſæ ſunt iniquitates, & beati ſunt. Rurſus ſunt plerique, qui poſt baptiſmum peccauerunt, ſed ad confeſsionem redierunt, & per pœnitentiam & emendationẽ tecta ſunt eorum peccata, quæ geſſerunt, & ipſi nihilominus ſunt beati. Eſt alius vir ſtrenuus, & ideo vnus, quia rarus, animi virtute fultus, qui ſe ab omni peccato criminali cuſtodiuit, qui culpam, cùm per carnalem concupiſcentiam oriretur, per rigorem ſpiritus fortiter reſtrinxit; non delectatus eſt, non conſenſit: Hic eſt *beatus vir, cui Dominus peccatum non imputauit.* Hinc per eundem Pſalmiſtam alibi dicitur: Pſal. 18. *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.* Et Apoſtolus ait: Rom. 8. *Nihil nunc damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulabant.* Hactenus Ruffinus. Hieronymus eadem verba explicans ſic ſcripſit: Quibus modis remittuntur peccata? Tribus; Dimittuntur per baptiſmum. Teguntur per charitatem, ſecundum illud Iacobi, ſcilicet: Charitas operit multitudinem peccatorum. Non imputantur per martyrium. *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum.* Qui ſe in hoc ſæculo diligenter potuerit expurgare, vel per martyrium. Quod tegitur, non videtur; quod non videtur, nõ imputatur; quod nõ imputatur, nec punietur. Hæc Hiero-

Ruffinus ad Tit. c. 3. Beati dicuntur. Primo modo. Secundo modo. Tertio modo. Pſalm. 18. Rom. 8. Hierony. VI. Iacobi 5. & 1. Pet. 4.

nymus. Innocentius Papa huius nominis tertius, tractans & ipſe eadem verba prophetæ inquit: Mortale peccatum quandoq; dimittitur & quantum ad culpā & quantum ad pœnam: Quandoq, dimittitur quantum ad culpam, ſed non omnino quantum ad pœnā. Porrò duplex eſt pœna, tēporalis videlicet & perpetua: quādocunq; dimittitur culpa mortalis, dimittitur & pœna perpetua; ſed quandoq; mortalis dimittitur culpa, quòd temporalis non dimittitur pœna, vt ſi tanta non ſit contritio, quæ ad deletionem ſufficiat vtriuſque, propter quod frequenter iniūgitur temporalis ſatisfactio pœnitenti. Licèt.n. Nathan dixerit ad Dauid: Trāſtulit dominus peccatum tuum; prædixerat tamen; Vriam Ethæum peremiſti gladio, & vxorem eius accepiſti in vxorem. Quamobrem nō recedet gladius de domo tua vſq; in ſempiternum. Cùm ergo imputare, ſit etiam pœnam tenere; tunc non imputatur peccatum, cùm non tenetur in pœnam; id eſt cum ita dimittitur, vt pœna penitus relaxetur. Hucuſq; Innocentius. Quamobrem cùm legimus: *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum.* † Non intelligendum eſt peccatum, quod verè habet rationem peccati, dignumq; eſt damnatione æterna, manere iniuſtificato; remitti aūt & condonari, quia non imputetur. Sed quod ideo imputari dicatur, quòd omnino & pleniſsime auferatur, nullaq; illius apud Deū perſeueret memoria, quaſi nunquam fuiſſet admiſſum, vt id ē ſit, quod per

Inno. Papa Tertius.

Peccatum mortale diuerſimode poteſt dimitti.

Pœna eſt duplex.

2. Reg. 12.

VII. Peccatum imputare & nō imputare quid eſt.

prophetam Ezechielem ait dominus: Omnium iniquitatum, quas operatus eſt, non recordabor. Ezech. 18. De iuſtitia vero Chriſti imputatiua, vel nobis inhærente credamus potius Chriſto, & Apoſtolis eius, quàm Lutheranis & Caluiniſtis hæreticis. Illi nanque nos verè iuſtos, verè liberos, vereque ſanctos, & veros filios Dei per gratiam conſtitutos docuerunt. Iſti à Sathana inſtructi, quandam aeream iuſtitiam, & extra nos poſitam, diſſeminantes, nullius neque Chriſti, neque noſtræ participes iuſtitiæ faciunt homines.

Ezech. 18.

EXPLICATIO LXII.

A domino diriguntur greſſus viri. Prouerb. 20. D.

SVMMAE.

I. *Homo neq; ad bonum neque ad malum à Deo cogitur.*

II. *Homini præparanti ſe ad bene operãdum Deus non deeſt ſpeciali auxilio ſuo.*

III. *Homini iuſto pro bonis operibus adſcribitur laus.*

IIII. *Homo ad beatitudinem naturæ facultatem excedentem ordinatur.*

V. *Etſi cor Regis in manu domini eſt, aliud eſt tamen voluntatem induci, mutari, & cogi.*

QVI.

QVIDAM verba iſta Salomonis haud rectè intelligentes in eum la pſi ſunt errorem; vt dixerint hominis libertatem, tam ad bonum, quàm ad malum operandum compelli à Deo: quoniam ait Salomon, à domino dirigi greſſus viri, nullumque hominum ſcire viã ſuam: & cor regis ita eſſe in manu domini, vt quocunque voluerit vertat illud. Sed eos turpiter errare, ſancta ſcriptura, & ipſamet Salomonis verba manifeſtè indicant. † Quandoquidem Deum non cogere hominem vel ad bonũ vel ad malum, teſtatur Iohannes ca. 1. cùm dicit: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, ijs qui credunt. Audi (inquam) dedit poteſtatem, nõ neceſſitatem, vt bene velit, in nomine eius, bene cogitet, bene faciat, beneq; in Chriſtum credat; & liberè omnia hæc non neceſſariò operetur. † Igitur; ſi ad bene operandum ſe diſpoſuerit homo, non deeſt ille Deus ſpeciali auxilio & gratia, quo perficere poſſit; ſin verò malitia voluntatis ad malum ſe conuerterit, non concurrit Deus, ſed ſola ipſa peruerſa voluntas operatur: Nam ſententia Apoſtoli, 1. ad Timot. 2. eſt, quòd Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Et alio loco 1. ad Teſſal. 4. dicebat: Hæc eſt voluntas Dei, Sanctificatio veſtra. Deinde ſcribitur in Pſal. 5. Manè aſtabo tibi, & videbo, quoniam non Deus, volens iniquitatem tu es. Quomodo ergo facit adulteros, ſacrilegos, & homicidas, ſi

Proue 20. Quidã hoc loco abuſi ſunt.

I. Exponitur propoſitio Ioan. 1.

II.

1. Tim. 2.

1. Theſſal. 4

Pſal. 5.

Deus noſter eſt De⁹ nolēs iniquitatē, Quomodo voluntas illius volet ſanctificationē noſtrā, ſi auaritiā, ſuperbiā, gulā operabitur in nobis?
Eccleſ. 33. Cōtra vero apud Eccleſ. 33. de viro eccleſiaſtico ſcribitur: Beatus vir qui potuit tranſgredi & nō eſt trāſgreſſus, facere mala & nō fecit: Quę
III. obſecro laus viro iuſto ꝓ bonis operibus adſcribi poterit, ſi nō ipſe ſponte ſua, ſed cogente Deo perfecerit illa? Aut quę malitia poterit improbo homini imputari, ſi omnia mala nō ille, ſed De⁹ in illo & vi quidē operatus fuerit? Vnde autē ſcire poſſis, quā liberè bona & mala operentur homines, docet te De⁹, qui ad Caym,
Geneſ. 4. Gen. 4. inquit: *Si bene egeris, recipies; ſin aūt male, ſtatim in forib⁹ peccatū tuū aderit; ſed ſub te erit appetitus tuus; & tu dominaberis illius.* Qua de re impia eſt Blaſphemia, igne & gladio vindicāda, q̄ optimū Deū noſtrū malorū & pec-
Exponitur catorū facit auctorē. Qd' verò hic à Salamone
propoſitio dicitur, nō ita accipiēdū eſt, vt hominis greſſus, i. opera. & vitę illius ꝓgreſs⁹ dirigātur, hoc eſt cogantur à Deo. Sed q̄a ſine gratia Dei, illiusq; directiōe nemo pōt ad beatitudinē ęternā peruenire virib⁹ ſuis: Ideo *dirigūtur Deo greſſus*, q̄a & beatitudo, & media, & virtutes perueniēdi ad illā, cōmonſtrātur hominib⁹, qui & gratię au-
Lyranus. xilio adiuuātur: et hāc sētētiā tenuit in eū locū
Homo ad beatitudinem ordinatur. Lyran⁹ ſic ſcribēs: At nō dirigūtur greſſus viri, .i. neceſſe habēt dirigi. Quis autē hominū intelligere pōt viā ſuā? quaſi dicat, null⁹, niſi à Deo
1. Cor. 2. direct⁹. Cui⁹ ratio eſt, ꝑ q̄a homo finaliter ordi-
IIII. natur ad beatitudinē facultatē naturę excedētē:

ſecūdū ꝙ dicitur, 1.Cor.2. Ocul⁹ nō vidit, nec au ris audiuit, nec in cor hominis aſcedit, q̄ præpara uit De⁹ diligentib⁹ ſe. Ad finē autē incognitū ho mo nō poteſt opera ſua dirigere; ꝓpter ꝙ neceſſa riò indiget diuina directiōe. Hæc Lyran⁹. Satis ergo liquet cū dicitur; *à Domino diriguntur greſſus viri*, nō eſſe ſenſū.i.cogūtur, ſed ducūtur atq; ad iuuātur, quò ad beatitudinē æternā humanas vi- res excedentē valeāt peruenire. Et illud quoq; † ꝙ ex.21. ç.eiuſdē libri aſſumitur, nihil de coacti one humanę volūtatis loquitur, ſed duo intendit docere. Primū, Deū eſſe rerū omniū Dominū. Se cundū, vitā ſalutēq; ęternā abſq; illi⁹ gratia habe ri nō poſſe. Ita.n. Gloſ. ord. eū locū interpretatur dicēs. *Sicut diuiſiones aquarū, ita cor regis in manu Domini.* Omniū hominū, nō ſolū regis cor in ma nu Domini, q̄a in manu eius ſunt oēs fines terræ; ſed regē ſanctū quēquā vocat, q̄ vitiorū bella in ſe vincere, virgulta malitiæ nouit extirpare. Si- cut .n. Domin⁹ aquarū diuiſiōib⁹ terrarū fines, ſi- mul & aeris implet; tegit quoq; aquis ſuperiora cœlorū: Ita cor regis quocūq; voluerit, inclinat. q̄a ſicut diuiſiōes gratiarū ſecūdū voluntatē ſuā & Angelis & hominib⁹ tribuit; ita corda ſanctorū quibuſcūq; voluerit digna donatiōib⁹ reddit. Et taceat Pelagius, q̄a abſq; gratia Dei null⁹ eſt loc⁹ ſaluti. Hacten⁹ Gloſ. ex qua intellectū verborū Salamonis maniſeſte docemur, nō eſſe, vt Deū aſ ferat ad benè vel malè operādū cōpellere homi- nē. Vt verò hui⁹ doctrinę veriorē ſenſū capere va leam' adnotāda eſt diſtinctio †. Aliud ſ. eſſe volūta tē induci, Aliud volūtatē mutari; Aliud volūtatē

V.[1] Prouer. 21.

Gen. 1. & Ioan. 1.

Glo ord. ſuper E- uangel. propoſi.

Pſal. 45.

VI.

cogi. Etenim volũtatem induci eſt, illam, cùm adhuc in dubio ſit, perſuaſionibus hominum, aut fortè tentationibus diſponi, vt aliquid appetat, aliquit velit, & alteram partem eligat. Cu

Exemplum 1. Ioan, c. 1.

ius exemplum eſt apud Iohannem cap. 1. quando hortãte Philippo & dicente: Quem ſcripſit Moyſes in lege, & prophætę inuenimus Ieſum fil um Ioſeph à Nazareth: Natanaël ducitur, & ad videndum Ieſum venit. Alterum quoque exemplum extat in actis Apoſtolorum, capit. 8. cùm Philippus prædicauit Ieſum Eunucho

Exemplum Act. cap. 8.

Reginæ Candaces: qui & credens baptizatus eſt. Legebat namque Eunuchus Iſaiam, quem non intelligens, quærens tamen ſalutem, dubiꝰ quid ſibi faciendum proponeret; Philippi perſuaſionibus in eam partem ducitur, vt Chriſtũ credens, baptiſmum in nomine eius ſuſcipiat. Voluntatem autem mutari, eſt, de contraria in contrariam affectionem tranſire, de nolenteq; fieri volentem; ita quidem vt prior affectio altera ſubingrediente contraria affectione expellatur: vt cùm Deus rerum temporalium amatorem, infuſa gratia, eorundem facit contem-

Exemplum Matth. 26.

ptorem. Huius exempla in ſcripturis leguntur plura. Nam Matthei 26. de Petro ſcribitur, tam conſtantis tanque firmi erga Chriſtum fuiſſe animi; quòd & in carcerem ire, & mori pro eo polliceretur. Cùm verò in atrio principis deprehendi diſcipulus Chriſti, & mori timeret, ſtatim mutata voluntate, ter negauit illum. Atque iterum ad ſe rediens permutata rurſus volunta-

luntate, fleuit amare. Hic videtur, quòd affe-ctio conſtantiæ in Petro expellitur à timo-re mortis, & rurſus affectio timoris excludi-tur ab effectione dilectionis, & diligẽs Chriſtũ lachrymabatur deteſtabaturque abnegationẽ factam. Sanè prima mutatio voluntatis in Pe-tro, quando à confeſſione cecidit in negationẽ, ſola ipſius voluntate; & nemine ſiue cogente ſiue adiuuante facta eſt; Secunda verò, quando à negatione ad lachrimas & pœnitentiã ductus fuit, illo libere volente, ſed gratia Dei & mouẽ-te & adiuuante eſt adiutus. Volũtas itaq; Petri vtrobiq; ſe ipſam mutauit; ſed deficiẽs ſola deſe cit; & rediens eſt adiuta per gratiam. Cùm ergo vtrunq; volẽs fecerit, neq; vi, neq; neceſſitate dicendum eſt feciſſe. Rurſus Luc. 7. de pecca-trice ſcribitur, quòd vnxerit pedes domini, & lachrimis rigauerit. In hac quippe muliere pec catorum & voluptatum affectio in æternorum deſiderium cernitur mutata. Similiter apud Matth. legitur ad vocationem domini eum de-reliquiſſe auaritiam, et menſam nummulariam, & diſcipulum Chriſti factum. Idem etiam in Act. Apoſtolicis cap. 9. de Paulo cernitur, qui ſubita animi mutatione de perſecutore eccle-ſiæ factus illius prædicator, & defenſor. Porrò (ſicut diximus) hæ mutationes, ſi de bono in malum fiant, ſoli humanæ voluntati, quæ liberè agit; Si verò de malo in bonum, & voluntati hu manæ & gratiæ Dei mouenti, & adiuuanti de-bent adſcribi. Voluntatem verò cogi eſt, quan-do

Prima mutatio.

Secunda mutatio.

Exemplum Luc. 7.

Exemplum Matth. 9.

Exemplum Act 9.

do ipſa voluntas inuita & libero repugnante conſenſu, alterius vi atque virtute cogeretur ad aliquid volendum;& quidem hoc modo neque ad bonum neque malum cògi poteſt. Quádoquidem voluntas hominis pro potentia ſuæ libertatis, niſi illius deſtruatur natura, cōpelli nequit. Namque ſi voluntas libera eſt, liberè vult, liberè operatur; ſin cogitur, & in ſeruitutem redigitur; iam neque liberè operatur neq; liberè vult. Eſt autem impoſſibile illam ſimul duo hæc habere contradictoria; voluntas liberè agit, & voluntas liberè non agit, & voluntas cogitur, & eadem eodemque tempore non cogitur Hinc ergo latè patet error eorum, qui neſciunt diſtinguere inter voluntatem duci, voluntatem moueri, & voluntatem cogi. Equidem Ducitur voluntas à creatura perſuaſionibus: Mouetur à Deo per gratiam in bonum: ſed à ſeipſa in malum: Cogitur autē à nemine neque etiam à Deo; qui res vt condidit adminiſtrat, & remanente integra voluntatis natura, eam cogere nequit. Nec dicimus, quin ſua omnipotentia non valeat illius naturá deſtruere, aut in alteram commutare; ſed quòd oppoſita & contradictoria impoſſibile eſt etiá Deo, ſimul eſſe, & eādem voluntatem ſimul liberam & ſeruam. Quamobrem ſcripturæ quæ videntur motus liberos ab homine auferre, Deoque tribuere, abſque vlla coactione intelligendæ ſunt. Et Deum mutando voluntatem, contrariam affectionem & deſiderium in eam

per

per gratiam ſuam infundere, vt nihil voluntas niſi volens operetur.

EXPLICATIO LXIII.

Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt. Eccleſiaſt. 1. B.

SVMMAE.

I. *Sacra ſcriptura beatitudinem beatis ſempiternam, & reprobis miſeriam perpetuã promittit & comminatur.*

II. *Cum in inferno nulla ſit redemptio, ideo inde nullus exibit.*

III. *Vita beata, vt eſt beata, neceſſe eſt vt ſit æterna.*

IIII. *Beatitudo & fœlicitas animarum nunquã poſſunt deficere.*

NON defuere, olim quidam, inter quos recenſetur Origenes, qui errandi occaſionem ab his Salomonis verbis deſumentes, docuerunt, Neque vitam beatam, neque damnatam eſſe perpetuam, ſed quòd circulo quodam reuolutis temporum ſpatijs, animæ quæ beatæ erant, ad corpora redeuntes, inde ad miſerias & damnationem laberẽtur; Et rurſus à miſeria exeuntes fœlicitatẽ aſſequerentur. Fit igitur vt neq; beatæ, neq; miſeræ ſint ꝑpetuò animæ hominũ. †Sed hic inſan⁹ error, facile à ſanctis ſcripturis, q̃ vt ſempiternã fœlicitatẽ promittunt beatis, ita ꝑpetu-

Eccleſ. 1. Abuſius quorũdam inter quos Orige recẽſetur.

I. Exponitur propoſitio

petuam reprobis comminantur miſeriam, re-
Dan. c. 12. probatur. In lib. Daniel. cap. 12. legimus: *Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabũt; Alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant ſemper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt, quaſi ſplendor firmamenti; & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Quid clarius à Proph. dici potuit, quàm in die iudicij, alios in vitam æternam euigilaturos, alios verò in opprobium ſempiternum? Quid apertius, quàm quod dicit ſanctos futuros, quaſi ſtellas in perpetuas æternitates? Dauid etiam
Pſal. 11. Pſal. 11. æternam fœlicitatem intelligens ait Domino: Tu domine ſeruabis nos, & cuſtodies nos à generatione hac in æternum. Sed ipſum
Matth. 18. dominum loquentem audiamus Matth. 18. Melius eſt tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habẽtem, mitti in ignem æternum. Audi miſeriam
Matth. 25. æternam cum igne æterno. Ita & his qui egenorum curam in præſenti vita non habuerunt, dicit: Ite maledicti in ignem æternum, qui pa-
11. ratus eſt Diabolo & Angelis eius. Si ergo vnus atque idem eſt ignis diaboli & angelorum eius & hominum reproborum, isq; æternus; neque dæmones, neque homines aliquãdo exi
Ioan 3. bunt ab eo. De æterna vero fœlicitate beatorũ ait Iohannes 3. Sic enim Deus dilexit mundũ, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vi-
Ioan. 17. tam æternam. Et alio loco Iohan. 17, ſcribit: Hæc eſt

eſt vita æterna, vt cogoſcant te ſolum Deum verum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Quam obrem cùm aperta ſint ſcripturarum teſtimonia,confundi oportet eos,qui circulum poſuere animarum.

Rurſus,ratione contra eos agamus ſic: Vita beata ſummeque fœlix nullam prorſus admittit miſeriam: Sed ſi beati vitam eorum agnoſcũt non æternam,non vtique beati,ſed infœlices erunt. Timebunt enim ſemper, verebuntur: pauebuntque,ne tam caram vitam, & pretioſam amittant. † Vt igitur vita beata, ſit verè beata, eam eſſe æternam neceſſe eſt. At dicetur; vita illa perpetua quidem non eſt, ſed beati ne timeant, neque aliquam patiantur miſeriam, illud prorſus ignorant. At hæc contentio quæ eſt? Nam qui fieri poteſt, quod beati in illa ſumma fœlicitate ignorent aliquid, qđ nos viuentes ſciamus? Peritiores ergo, doctioresque illis eſſemus. Equidem iuxta Origenis, & aliorum ſentẽtiam,ſcimus beatorum fœlicitatem aliquando deſituram;Ipſi verò hoc ignorant;conſequens ergo eſt, vt viuentes in hoc ſeculo ampliorẽ habeant rerum notitiam, quàm beati. Hinc Boëtius de Conſ. proſa. 2. inquit: Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. Dauid Pſal. 16. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. & D. Aug. de Doct. Chriſtian. lib. 1. cap. 1. inquit: Fruimur cognitis, in quibus voluntas propter ſe delectata conquieſcit. † Minimè autem poſſet voluntas conquie-

Boet. de cõſol proſa 2. Beatitudinis definitio. Pſal. 16. Auguſt. li. de doctrina chriſtiana lib. 1. cap. 1. IIII.

ſcere in Deo, & illi, vt vltimò fini inhærere, niſi ſecura eſſet de pſeuerãtia. Igitur beatitudo animarũ & fœlicitates nunquã deficere poſſunt.

Præterea hæc propoſitio: Petrus eſt æterna beatitudine beatus; & iſta: Petrus poteſt eſſe miſer, & damnatus; pugnant ad inuicem, & veræ ambæ nullo modo poſſunt eſſe. Nam propoſitio quæ dicit: Petrus eſt æterna beatitudine beatus, includit hanc, Petrus permanenter, & perpetuò in gratia Dei, & gloria perſeuerabit. Itaque ſi Petrus eſt ætetna beatitudine beatus, & perpetuò in gratia Dei, & gloria perſeuerabit, neceſſum eſt concludere, Petrum neq; à gratia Dei & gloria cadere, neq; miſerum & demnatum eſſe poſſe.

Verba autem Salomonis, non de animarum circulo, neque de mutatione vitæ beatę, aut miſeriarum loquuntur: ſed id dicit *futurum quod fuit, & quod fuit eſſe futurum* De his rebus, quas meminerat à principio capitis, de ortu videlicet Solis atque occaſu, de generationibus, pluuijs, ventis, & rebus alijs naturalibus. Sic enim locum illum explicauit Hieronymus, *Quid eſt, quod fuit? ipſum quod erit.* Videtur mihi, ait, de his quæ ſupra enumerauit, generatione & generatione, mole terrarũ, ortu Solis & occaſu, curſu fluminũ, magnitudine Oceani, omnibusque quæ aut cogitatione, aut viſu, vel auribus diſcimus, nunc communiter loqui: quòd nihil nouũ ſit in natura rerũ, quod nõ antea iam fuerit. Ab initio enim mundi, & homines nati, & mortui

Hierony.

ſunt,

ſunt;& terra ſuper aquas cōſtitit librata,& Sol ortus occūbit; Et ne plura percurrā, & auibus volare,& natare piſcibus,& terreſtribus ingredi,& ſerpentibus labi Deo artifice conceſſum eſt. Et parū infra explicās illa verba: Eſt ne verbū,de quo dicatur, vide hoc nouū eſt: iam fuit in ſeculis quæ fuerunt ante nos, inquit. Apertiꝰ hoc Symmachus trāſtulit. Putas ne eſt, qui poſſit dicere: *Vide hoc nouū eſt, & iam factū eſt in ſeculo quod fuit ante nos*. Cū ſuperioribus autē cōgruit. quòd nihil nouū in mundo fiat, nec ſit aliquis, qui poſſit exiſtimare & dicere: ecce hoc nouū eſt: ſiquidē omne quod ſe putauerit nouū oſtendere, jā in prioribus ſeculis fuit. Nec putemus ſigna atq; prodigia,& multa, quæ arbitrio Dei noua in mūdo fiunt, in prioribus ſeculis eſſe iā facta, & locū inuenire Epicurū, qui aſſerit per innumerabiles periodos eadē, & eiſdem in locis,& per eoſdē fieri. Alioquin & Iudas crebro prodit,& Chriſtus paſſus eſt ſæpe pro nobis,& cætera quæ facta ſunt, & futura in eaſdē ſimiliter periodos reuoluentur. Sed eſt dicendū quòd ex præſciētia,& prædeſtinatione Dei iā ea facta ſunt, quæ futura ſunt. Qui enim electi ſunt in Chriſto ante cōſtitutionē mūdi, in prioribus ſeculis iā fuerūt. Hucuſq; Hieron. Tu vero intellige illos fuiſſe ſemp, non quidē ſimpliciter, ſed iuxta diuinā præſcientiā, & ꝑdeſtinationē. ſicut dicit Paulus Ephe. 1. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem; vt eſſemus ſancti,& immaculati in cōſpectu eius in charitate.

Geneſ. 1.

Symmachus.

Matth. 26.

ad Eph. 1.

EXPLICATIO LXIIII.

Et vt ſciui, quoniam aliter non poſsē eſſe continens. Sapiēn. 8. D.

SVMMÆ.

I. *Habere corpus incoinquinatum, & continentiam quis habere non poteſt, niſi Deus dederit.*

II. *Liberum hominis arbitrium indiget gratia Dei, cū ſit in corpore coinquinato: quo per Gratiam Dei fit Corpus incoinquinatum.*

III. *Virginitas perpetuò ſeruari poteſt per Dei Gratiam: & poteſt voueri.*

IIII. *Caſti non ſumus, non quia non poſſumus ſed quia nolumus.*

Sapien. 8. SCRIBIT Salamon de ſeipſo in lib. Sapien. cap. 8. *Et vt ſciui, quoniam aliter nō poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire, cuius eſſet hoc donum: Adij Dominum, & deprecatus ſum illum, & dixi ex totis præcordijs meis.* Hic Salomonis locus (dicunt luxurioſi hæretici) manifeſte damnat eos, qui aut caſtitatem, aut virginitatem ſeruare ex voto proponunt. Non eſt enim Virginitas, ſiue caſtitas in facultate hominis; quare nec vouenda. Dicit quippe Salomō, *ſciui, quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det.*

Exponitur propoſitio

Dupliciter autem errant hi, primum, quòd pu-

putent, Salomonē de continentia tantùm caſti tatis locutum Deinde, quòd caſtitas, cùm Dei donum ſit, voueri non poſſit. Nam non de caſtitatis continentia; ſed de fructu ſapientiæ, qui eſt legis obſeruantia, conſumatioque incorruptionis. Ad quod igitur corpus venit incoinquinatum; niſi ad ſtatum illum ſapientiæ, vbi diuinis præceptis ſeruatis, euitatiſq; vitijs, & voluptatibus conculcatis, caſtitas, id eſt legis obſeruantia cuſtoditur? Hoc itaque eſt corpus incoinquinatum, vt nulla ex parte in legis obſeruatione offendatur. † Hæc eſt continentia, qua ſemotis voluptatibus, libidinibus, vitijſq;, Deo toto corde ſeruitur. Porrò corpus huiuſmodi incoinquinatum, & continentiam habere cognouit non poſſe, niſi Deus dederit. Siquidem omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminū, ſed ſcire, ipſum eſſe donum Dei ſapientia eſt. Adijt ergo Salomon Dominum, & deprecatus totis præcordijs eſt illum, vt corpus incoinquinatum, & ab omni iniquitatum genere alienū poſſideret. Quamobrem Salomonis ſententia eſt, de omnibus virtutibus, quæ ad diuinæ legis obſeruantiam, pertinere poſſunt. † Liberū nanque hominis arbitrium vt benè operetur gratia Dei maxime indiget, quia eſt in corpore coinquinato, quod corrumpitur & aggrauat animam: per gratiam autem Dei eleuatur, & fit corpus incoinquinatum, vt præcepta ſeruare, à peccatis cauere, & Deum imitari poſſit,

Error primus

error ſecūdus.

1. ad Tim. 4

Corpus incoinquinatum quid ſignificat.

I.

Iacob. 1.

Eccl. 1.

Sapientia eſt donum dei.

II.

Corpus coinquinatū quomodo fit incoinquinatum

& valeat. Nihil etiam eſt, quod afferunt dicentes; caſtitas non poteſt niſi diuino auxilio ſeruari; Ergo vouenda non erit. Nam & hoc modo dicetur de Voto baptiſmi. Quæ enim ibi vouētur, niſi gratia Dei perfici non poſſunt. Promiſſio quoque matrimonij, vt adimpleatur, diuinā gratiam poſcit. Igitur nemo promittere, nemō
Matth.7 & Luc.11. Philip.4. inire matrimonium poteſt. At hæc promittim⁹ ſcientes, & confidentes Dei adiutorium non defuturum, dicente Chriſto, Petite, & accipietis; quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Et de ſemetipſo dicebat Apoſtolus: Omnia poſſum in eo, qui me confortat. Neq; hic locus ſimpliciter dicit, *nemo poteſt eſſe continens:*
3. Reg.17. & 19. Ioan 21. 1. Cor. 7. nam tam veteri, quàm nouo teſtamento multi fuere continentes, vt Elias, Eliſęus, Iohannes Baptiſta, Iohannes Euangeliſta, Paulus, & cæt.
III. Sed dicit *nullus poteſt eſſe continens, niſi Deus dederit.* † Nos verò idipſum dicimus, virginitatē perpetuò ſeruari poſſe per gratiam Dei, quam ille ſi petierimus, ſi pulſauerimus, paratus eſt dare: Non igitur diuinam bonitatem calumniari; ſed noſtram deſidiam & inertiam accuſare debemus; quia neque ad Deum confugimus, neque libidinis incentiua vitamus. De his ita
Hiero. contra Iouin. lib. 2. c. 37. Hieron. contra Iouiuianum lib. 2. cap. 37. Epiſt. 6. parte prima ſcripſit: Siquis exiſtimat, & abūdantia ciborum potionumque ſemper frui, & carnis lubricū nō ſentire, hoc eſt, verſari in delitijs, & delitiarū vitijs non teneri, ſeipſum decipit. Cùm enim procul ab his remoti, ſæpe ca-

piamur naturæ illecebris,& cogamur ea cupere,quorum copiam non habemus: quanto magis ſi circundati retibus voluptatum, eſſe non liberos arbitremur? Senſus noſter illud cogitat,quod videt,audit,guſtat, attrectat; & ad eius rei trahitur appetitum,cuius capitur voluptate.Vetus quoque ſententia eſt: Difficile eſt,imò impoſsibile delitijs & voluptatibus affluentes,non ea cogitare,quæ gerimus.Meminiſſe oportet Paulum.2.Cor. 12. à ſtimulo carnis ab Angelo Sathanæ colaphizatum; quem oratione,& vigilantia, etſi non abegit,vicit tamen.† Non itaque Deus incuſandus eſt, quaſi donum continentię non det(cùm dare paratus ſit)ſed noſtra negligentia arguẽda. Caſti enim non ſumus, non quia non poſſumus, ſed quia non volumus,ait Aug.lib.2.de peccat. meritis remiſſio. cap. 17. De hoc.1.Timot.5.1.Cor.7. Vnde B. Hieron. exponens verba illa Matth. cap.19.*Non omnes capiunt verbum iſtud,* ait:Nõ omnes capiunt verbum iſtud,nemo putet ſub hoc verbo vel fatum vel fortunam introduci, quod hi ſunt virgines quibus à Deo datum ſit, aut quos quidam ad hoc caſus adduxerit; ſed his datum eſt, qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt, omni enim petenti dabitur, & quærens inueniet,& pulſanti aperietur.Ibidem quaſi hortantis vox Domini eſt,& milites ſuos ad pudicitiæ præmium cõcitantis, *Qui poteſt capere capiat*,qui poteſt pugnare pugnet,ſuperet,ac triumphet.Hæc Hierony-

2. Cor. 12.

IIII.

ronymus. Qui patenter oſtendit caſtitatem illis dari, eoſq; capere verbum, qui aſſidue & perſeuerantes diuinum implorant auxilium. Origenes etiam eadem verba explicans, ac Hiero-
Matth. 19. nymo per omuia conſenties inquit: Quoniam autem quidem calumniantur quod Chriſtus ait: Quibus datum eſt: quaſi excuſationem habentes, & volentes quidem eſſe in caſtitate nō autem præualentes. Quibus eſt reſpondendū: Siquidem accipimus ſimpliciter quod dictum
Luc. 11. eſt; ſed quibus datum eſt: non autem attendimus quod alibi dicit: Petite & dabitur vobis, & omnis qui petit accipit; aut fideles non ſumus, aut ſcientes ſcripturas: qui enim vult eſſe capax verbi quod de caſtitate poſitum eſt, petat credens dicenti, & accipiet, non dubitans de illo quod dictum eſt; omnis qui petit accipit; quis eſt ergo qui petit? qui credit Chriſto dicenti: ſi ſteteritis orantes, credite quoniā accipietis: debet autē qui petit omnia facere quā-
2. Cor. 14. tū ad ſe vt oret ſpiritu, oret & mente, memor
1. Tim. 5. Apoſtolici verbi, ꝙ ait; ſine intermiſſione orantes. Hæc Origenes. Et rectè quidem; ſiquidem idem Deus qui caſtitatem ſuadet, poſcit, & ad eam hortatur, cœleſti gloria coronat. Ille inquā Deus promiſit auxilium; pollicitus eſt vires, modò inſtanter totoque corde oretur.

E X-

EXPLICATIO LXV.

Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum, &c. Eccleſ.15.C.

SUMMAE.

I. *Homo ex ſemetipſo abſq; Dei gratia non poteſt iuſtificari, nec à peccato liberari.*

II. *Gratia cum ſit Donum Dei, ſi pro meritis daretur, iam non eſſet Gratia.*

III. *Homo à ſemetipſo Gratiam habere non poteſt: cum exemplo Hieremiæ.*

IIII. *Deus nemini deeſt Gratia ſua:*

V. *Homini opus eſt ianuas aperire, ad quas Deus Gratia ſua pulſat.*

VI. *Homini, niſi obſiſtat vel in reprobũ ſenſum abierit, nunquàm Gratia Dei deerit.*

VII. *Hominis malitia non impotentia accuſanda eſt, cùm Deus ſemper præſtet nobis quod non habemus.*

VIII. *Concupiſcentia non erat homini congenita, ſed ab eo propter peccatum aſſumpta.*

QVI nimis libero hominis arbitrio fauent, voluntq; natura ita liberum eſſe, vt tam bonum, quàm malum operetur, & velut in peccatum ex ſe prolabi, ſic viribus ſuis reſurgere poſſe, hac Eccleſiaſtici ſententia præcipue vtuntur. Sic enim, inquit, ſcripſit Eccleſiaſticus: *Deus ab initio cõſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui, Adiecit mandata & præcepta ſua: Si volueris man-*

Eccle.15. Pelagiani &Celeſtini hæretici hoc loco abuſi ſunt.

Ioan.15. *datæ ſeruare, Conſeruabunt te,& in perpetuum fidem placitam ſeruare. Appoſuit tibi aquam & ignem,ad quod volueris porrige manum tuam: Ante hominem vita & mors,Bonū & Malum; quod placuerit ei,dabitur illi.&c.*Sed iſti Pelagiani,ſiue Celeſtiani Hæritici nimium diuinæ gratiæ ingrati, non audiunt dicentem Dominum,*Ioan.15.Non poteſt palmes à ſemetipſo ferre fructū, niſi manſerit in vite. Sic vos niſi in me manſeritis, quia ſine me nihil poteſtis facere.*Neque animaduertunt hominis naturam per peccatum primi parentis, plagis multis fuiſſe percuſſam,& ſemiuiuam relictam. Vidiſſent enim quòd ſicut homo ſemiuiuus, licèt vitalem habeat motum, ſuis viribus tamen ſurgere, neq; ambulare poteſt, Sic homo proprijs viribus neque valet à peccato ſurgere,neque in bonis operibus ambulare. Dicente Hieremia propheta: Non eſt hominis via eius, neque viri vt dirigat greſſus eius. Eſt itaque Catholicæ Eccleſiæ ſententia:

Exponitur propoſitio Luc.10.

Hier.31.

I. Hominem ex ſe ipſo,& propria arbitrij libertate,cadere poſſe in peccatum;ab eo tamen ſine gratia Dei mouente & adiuuante, reſurgere non poſſe.Hinc Chryſoſt. Tomo 2.hom.35.inquit: Sic & homo prius quàm peccet liberum habet arbitrium, Vtrum velit ſub regno eſſe diaboli,an non.Cùm autem ſe peccando tradiderit ſub regno ipſius,iam non poteſt de poteſtate eius exire, ſed ſic prima voluntas eius in neceſsitatem conuertitur;Et hoc eſt quod homines ſeculares & peccatores dicere ſolent:

Chry. To. 2.hom.35.

Nun-

Nunquid volumus eſſe ſancti? Et quis non vult eſſe iuſtus? Sed nec poſſumus. Verum quidem eſt, quod dicunt, ſed non habẽt excuſationem, quia primum potuerunt non eſſe ſub poteſtate diaboli ſi voluiſſent: Poſtquàm verò poſuerunt thronum diaboli in cordibus ſuis, iam nemo poteſt eos eripere de poteſtate diaboli, niſi ſolus Deus. Quod & ipſe Paulus Roma. 3. atteſtatur dicens: Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Hæc Chryſ. qui & exemplo regis vtitur. Nam ſicut eſt in populi facultate ſibi Regem conſtituere; Conſtitutum autem non poteſt deponere: ita ferme per peccatum poteſt ſibi homo diabolum conſtituere regem: at poſtea ſe ab eo liberare non valet. Hinc Aug. lib. Proſolodion cap. 5. in ſententiam Chryſoſtomi veniens ait: Si præſumat peccator, mundari non poteſt, nec ex corde compungi, quia niſi Dominus Petrum aſpexiſſet, nunquàm pœnitentia ductus amare fleuiſſet. Iſidorus lib. de ſum. bono Aug. ſubſcribẽs dicit: Poſtquàm nos peccato obligauerimus, & operibus diaboli, iam nos noſtra virtute reſurgere non valemus. Ait enim Proph. Gratiam & Gloriam dabit Dominus: &, Niſi quia Deus adiuuit me, paulo minus habitaſſet in inferno anima mea. & Miſericordia Domini præueniet me, & ſubſequetur omnibus diebus vitæ meæ. Conſtat igitur ſatis Hominem ſuis viribus prolabi quidem in peccatum, ab eo tamen reſurgere non poſſe.

Rom. 3. Exemplum Regis. Aug lib. Proſolodion. cap. 5. in ſententiã Chryſo. Matth. 25. Ioan. 18. Iſid. lib. de ſummo bo. Pſal. 83. Pſal. 93. Pſal. 58.

Rur-

Rurſus, ſi homo ex ſemetipſo abſque gratia Dei iuſtificaretur, præmium & meritum vitæ æternæ, non Deo, ſed homini foret attribuendum. Et propterea homini & non Deo agendæ
Rom.3. &5. eſſent noſtræ ſalutis gratiæ. Quod cum impi-
Eph.2. jſsimum ſit, quis audeat dicere? Dicit enim A-
Rom.11. poſtolus: Iuſtificati ſumus per fidem. i. per gra-
II. tiam. † Gratia autem donum dei eſt ſine meritis, quia ſi pro meritis daretur, iam non eſſet gratia. Quare à peccato liberari homo à ſemetipſo non poteſt. Abrahę dicit Deus: Noli time-
Gene.15. re Abraham, ego protegam te, & merces tua
Gen.12. erit magna nimis. Protegam inquit te; ſed quomodo? gratia mea; quare? quia priuſquàm vocares me, vocaui te, vt exires de terra & cognatione tua; & inuocares me. itaque cum ait:
III. Merces tua magna erit nimis: per gratiam dictum eſt non ex operibus. † Quia nemo prius dedit Deo, vt retribueretur ei. Moyſes Deo loquitur dicens: Nunc ergo ſi inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi temetipſum manifeſtè, vt videam te, & ſim inueniens gratiam
Deus prius vocauit Abraham quàm ab eo vocaretur. ante te. Ecce quod Moyſes dicit ſe inueniſſe gratiam in conſpectu Dei, & non habuiſſe ex ſe. Et dum petit videre Deum manifeſtè, quid aliud cogitat, quàm cognoſcere hoc donum nõ fuiſſe ſui meriti, ſed gratia Dei. Hieremiæ quo-
Exod.33. que dicitur: Priuſquàm te formarem in vtero
Hierem.1. noui te, & antequàm exires de ventre ſanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te, &c. Hic profectò oſtenditur ex operibus non eſſe

ſancti

ſanctificatum Hieremiam. Nam quæ erát opera nondum nati? Igitur non ex operibus, ſed ex vocatione dictum eſt ei, priuſquàm te formarē in vtero noui te, &c.

Sed ait Liberi Pelagianorum arbitrij defenſor: Si non valet homo, cùm voluerit á peccato reſurgere, quo iure, aut iuſtitia à Deo ſi non reſurgit punitur? Equidem iniuſtè pœnas legis patitur, qui quod imperatum eſt, perficere nequiuit. Reſpondeo: Vetus querela eſt, communis peccatorum excuſatio; nihil tamen prodeſt, propterea quod minime dicendus eſt, nō poſſe, qui tametſi ſe ipſo non poſsit, auxilio tamen alterius, quod imperatur perficere valet. Quis enim dicat pedibus claudum nullo modo vel Pariſios, vel Romam ire poſſe, quia claudus eſt? Nanque quod ſibi aufertur naturæ defectu, propter pedum claudicationem, facilè vel equis, vel vehiculis, ſiue nauigio ſuccurri poteſt: ita ferme impoſsibilitati naturæ per peccatum corruptæ, atque imbecillitati, gratia & auxilio Dei ſubuenitur. Non eſt ergo impoſsibile homini à peccato reſurgere, quoniam quod ſeipſo præſtare non poteſt, per gratiam Dei maxime perficiet: commune autem eſt, & in rebus humanis vſitatum, vt quis dicatur aut habere, aut poſſe, quod amicorum opera, alienisq; opibus proculdubio poteſt. † Gratiam verò Dei, illiusq; auxilium nemini deeſſe, cum ex multis rationibus, tum frequentiſsimis ſacræ ſcripturæ authoritatibus eluceſcit. Vna tamen nobis ſuf-

Obiectio. Solutio. Exemplum. III I. Exemplum

Apoc.3. ſufficiat. Scribitur Apoca.3. Sto ad hoſtium & pulſo, ſi quis mihi aperuerit, intrabo ad eum,

Ianua triplex. & cœnabo cum illo. Diuina quippe gratia pulſat ianuam intellectus hominis, & illi diuinum cognitionis lumen infundit, vt videlicet propriam malitiam, & Dei bonitatem agnoſcat.

Pulſare & aperire ianuam, non idem. Pulſat ianuam voluntatis, quo Deum ſummum bonum diligat, & ad eum, veluti ad perpetuam fœlicitatem conuertatur. Pulſat ianuam memoriæ, ne fruſtra Deum cognouerit intellectus, †

V. & ſummum bonum appetierit, complexaque fuerit voluntas. Hominis ergo intereſt ianuas illas, ad quas Deus gratia ſua pulſat, aperire. Hoc enim ſi fecerit, quod viribus proprijs, pedibus claudicando, complere iter non poterat, per gratiam Dei ſubleuatus, quàm facillime cō-

VI. plebit. † Tu verò ne timeas gratiam Dei aliquādo tibi deeſſe, niſi vel obſiſtas, aut in reprobum

Deus vocat ſemper. abieris ſenſum. Quippe vocat manè, Tertia, Sexta, Nonaque hora, & ad poſtremum vſque

Matth. 20. vitę finem te comitabitur. Itaque non eſt, quod

VII. noſtram accuſemus impotentiam, † quando paratus eſt Deus præſtare, quod non habemus, ſed noſtra prorſus accuſanda eſt malitia, quia in peccatis perſeuerare volumus, vel negligentia, quoniam æternam fœlicitatem nihil pendimus: Sint eorum quæ diximus nobis exem-

Exemplum primum. pla. Primum, Filius prodigus, qui à Deo voca-

Luc. 15. tus ad ſeipſum conuerſus ait: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, e-

go

go autem hic fame pereo? Et ſtatim diuinæ lucis radium in ſe ſuſcipiens ait: Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater peccaui in cœlum & coram te. Secundum eſt, in quo ſe offert illa peccatrix, quæ diuina gratia illuſtrata abiectis mundi oblectamentis, & peccatis ſuis valedicens, lachrymis pedes Domini lauit, capillisque ſuis abſterſit. Tertium eſt boni latronis in cruce. Is enim in extremo vitæ poſitus, ad Chriſtum clamat; Memento mei, dum veneris in regnum tuum; & veniam inuenit. Quam ergo iniuſtè diuinam iuſtitiam accuſant, vt ſuã tueantur incuriam, & oſcitantiam, ſatis manifeſtè ex ijs patere arbitror. Exemplum ſecundum. Luc 7. Exemplum tertium Matth. 27.

Verba autem ſapientis Eccleſiaſtici minimè fauent huic tam pernicioſo errori, ſed contra eos inſurgunt, qui peccati cauſam Deo tribuere nitebantur. Dicebant enim quia creauerat hominem peccabilem, quem impeccabilem facere poterat. Et rurſus, licèt peccabilem condidiſſet, facultatem tamen ei præſtare debebat, qua peccata caueret. Sed illud vrgebat, ꝙ congenitam arbitrabantur homini concupiſcẽtiam, qua neceſſariò ad peccatum traheretur: igitur cauſa peccati erat Deus. His ergo reſpondens Eccleſiaſticus inquit: *Quoniam multa ſapientia Dei, & fortis in potentia videns omnes ſine intermiſſione.* Quaſi dicat: creauit Deus naturam humanam peccabilem propter ſuam ſapientiam, atque omnipotentiam, de quibus Opinio quorundã Eccleſ. 15.

nulla

nulla debet ab homine requiri cauſa. Non tamen Deus hoc ſine cauſa fecit. Vnde ibidem ſubiungit: *Videns omnes ſine intermiſſione. Oculi domini ad timentes eum, & ipſe agnoſcit omnem operam hominis.* Cur ergo peccabilis ſit homo creatus, cauſa eſt apud Deum. Deinde alteri rationi ſatisfaciens, oſtendit facultatem à peccatis abſtinendi principio datam homini fuiſſe, & quòd peccare vel non peccare in illius erat poſitum poteſtate. Quare ait: *Ab initio Deus conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui, Adiecit mandata & præcepta ſua, &c.* quæ ibi habentur. Itaque non Deo cuius ſpreta ſunt mandata, ſed homini qui ad ignem manum porrexit, cauſa malorum aſcribenda eſt.

Peccare & non peccare in homi nis poteſta te fuit poſi tum.

VIII. † Poſtremò vltimæ rationi ſatisfaciens, parum ſupra illa verba, oſtendit Deum dediſſe homini poteſtatem, qua peccata caueret, & concupiſcentiam non eſſe homini congenitam, ſed propter peccatum aſſumptam, & ait: *Nō dixeris per Deum abeſt, hoc eſt,* Deus potentiam euitandi peccata non dedit. Quia videlicet dedit, & ideo *quæ odit ne feceris*. De concupiſcentia vero loquens ſubdit: *Non dicas, ille me implanauit*, id eſt, in me concupiſcentiam genuit. *Non enim neceſſarij ſunt ei homines impij.* Quamobrem in fine capitis, quaſi colligens præmiſſa, inquit: *Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi, Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.*

EX.

EXPLICATIO LXVI.

Quaſi lutum figuli in manu ipſius, & cæt. Eccleſ.33.

SVMMAE.

I. *Homo liberè cooperatur Diuino præuenien te auxilio.*

II. *Hominis arbitrium neque à peccatis cauerè aut ſurgere, neque bonum operari vel in bono perſeuerare, neq; vitam æternam mereri poteſt ſine gratia Dei.*

III. *Deus fecit omnia iuſtè & ordinatè.*

IIII. *Deus orandus eſt, vt nos, quaſi frater corripiat, & non quaſi aduerſarius nobiſcum pugnet.*

SCRIBIT Ieſus filius Syrac, *Eccleſiaſ. 33. Quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare illud & diſponere. Omnes viæ eius ſecundum diſpoſitionem eius; ſic homo in manu illius, qui ſe fecit, & reddet illi ſecundum iudicium ſuum.* Simile ferè eſt, quod ſcribit Hierem. cap. 10. *Scio domine, quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos.* Ex verbis iſtis colligunt hæretici hominem carere libero arbitrio, neq; ſuarum actionum eſſe dominum, ſed Deum quomodo ſibi de eo placuerit diſponere. Ferè autem prima fronte allatæ auctoritates illud ſignificare videntur, ſed re accuratius cõſiderata, catholicam doctrinam, quæ gratiam cum libero arbitrio coniungit,

Filius Syrac. Eccle. 33.

Hiere. 10.

Hoc loco abuſi ſunt hæretici.

Exponitur propoſitio

git, potius explicant; & forte (vt dicemus) nihil de libero arbitrio loquuntur. B. Hiero. pro gratia contra liberum arbitrium, nimis à Pelagianis eleuatum, pugnans, ita in hunc locum ſcriptum reliquit: Erubeſcant noui prędicatores, qui aiunt vnumquemque ſuo arbitrio regi. Cùm & hic Propheta dicat: *Non eſt hominis via eius*. Et Dauid in lirico canat carmine: *A Domino greſſus hominis diriguntur & viam eius volet.* Pſal. 36 Quomodo vero intelligat ad Damaſum Papam ſcribens, declarauit: Liberum (ait) ſic confitemur arbitrium, vt dicamus, nos ſemper

Hieron ad Damaſum Papam & pro gratia contra lib. arbit. pugnans.

Pſal 36.

I. Dei auxilio indigere. ꝉ Homo enim liberè cooperatur diuino auxilio præueniente. Nam liberum hominis arbitrium, neque bene operari,

II. neque à peccatis cauere, aut ab illis ſurgere, ꝉ ſiue in bono perſeuerare, neque vitam valet mereri æternam ſine gratia Dei. Nō tamē marmoreum, ſiue lapideum, ſiue inanime quoddam truncum eſt. vt prorſus nihil agat; quoniam operatur diuinæ gratię vocanti, cooperatur faciendo, facit perficiendo. Rectè itaque gratia cum libero hominis arbitrio coniungitur. Liberum enim operatur arbitrium; gratia autem agit, quod operari poſſit. Ergo tametſi dicat ſcriptura, *hominem in manu Dei, tanquam lutum in manu figuli, & non eſſe hominis via illius*; non aufert liberum arbitrium ab homine, ſed docet, ſine gratia non operari, iuxta Saluatoris ſententiam. Sine me nihil poteſtis facere. Et hæc de ſenſu, quem dicta verba facere videntur.

Eccleſ. 33.

Hiere. 11. Ioan. 15.

tur. Re tamen vera Eccleſiaſticus non de homi- De prædeſti. & reprobat.
nis libertate, ſed de prædeſtinatione, & reprobatione illius diſſerit, exemploq; naturali docere nititur, Maſſam humani generis eo modo à Deo diſponi, quo lutũ in manu figuli per voluntatem illius figuratur, vt inde quædam in honorem, quædam in cõtumeliam vaſa naſcantur. Sic enim Gloſſ. ordina. in eum locum ſcripſit: In manu ſua habet conditor maſſam humani generis, & ſecundum voluntatem ſuam vaſa fingit, nec eſt qui reſiſtat voluntati eius: † tamẽ omnia iuſtè & ordinatè facit. Scit enim cui debeat miſereri, ſecundum præſcientiam & prædeſtinationem ſuam; & quem debeat indurare ſecundum iuſtitiam. hæc ibi.

Gloſſ. ord. III. Rom. 9.

Sciendum tamen quippe eſt latam eſſe differentiam inter figuli circa lutum, & Dei erga hominem diſpoſitionem. Deus enim plaſmauit de nihilo hominem, figulus lutum factum accepit. Deus liberè ſinit hominem agere, quem liberum creauerit; figulus inanime, & abſq; motu lutum habet. Deus iuſto iudicio rectaq; definitione partem humani generis ad vitam eligit æternam, partem verò deſerit reprobatque. Figulus autem cur ex vna luti parte vaſa fingat decora, vel ex alia dedecora, illa in honorem, iſta in contumeliam, nulla (niſi propria voluntas) afferri poteſt ratio. Quod verò de Hieremia dicitur: Non eſt hominis via eius, nec viri, vt dirigat greſſum eius; gratiæ contra liberum arbitriũ minime fauet: propterea quòd ibi pro-

Differẽtia maxima inter Deũ & figulum. Primo. Genel. 1. Secundo Eccleſ 7. Tertio. Epheſ. 1. Exponitur propoſitio Hier. 19. Pſal. 4.

pheta vaticinatur de Babylonijs, qui ad deſolandā & deuaſtandam Hieruſalem propter illius ſcelera mittebantur à Deo: *Scio* (inquit) *non eſſe hominis via eius*, id eſt, Babylonios haud vēturos ni mittantur à tē, neq; quippiam ad conterendam Hieruſalem roboris habere, niſi tu
IIII. Pſalm. 4. Domine dederis. † Quamobrem cùm neq; Babylonijs futurus eſſet, aut vires ſine te haberet; deprecor corripe me, ſed in iudicio, & non in furore tuo; quia quod à Babylonijs ſuſtinemus, non eſt eorum fortitudinis, ſed noſtri meriti. Simile illi cum dicebat Dauid: *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Vt ſit ſenſus: Meremur quidē omnia, quæ ſuſtinemus; & multa meremur maiora quàm patimur. Veruntamē hoc obſecro, vt quaſi pater me corripias, non quaſi aduerſarius; vt me emendes quaſi filium, & non punias quaſi inimicum. Quapropter ſiue de gratia & libero arbitrio, ſiue de robore Babyloniorum & vaſtatione Ieruſalem interpretemur, liberum per gratiam non aufertur arbitrium, ſed ſtabilitur, con firmaturq;.

EXPLICATIO LXVII.

Ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas. Iſaia. 43.

SVMMAE.

I. *Aliquando Deus remittit peccata ſe ſolo, aliquando per ſacramenta.*

II. Sa.

II. *Sacerdotes remittunt peccata non ſine ſacramentis.*

III. *Si peccatores per ſacramenta volunt abſolui: teneātur peccata ſacerdotibus confiteri.*

IIII. *Quando peccata per ſacerdotes à Deo vocatos & per ſacramenta à Deo inſtituta remittuntur, Deo no fit iniuria.*

V. *Gratia Dei tam in ſacramento baptiſmi quàm pœnitentiæ ineſt.*

IN Iſaia propheta loquitur Dominus, dicens: *Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.* Hoc autem Iſaiæ loco ſe protegunt Hæretici noſtri temporis, cùm docent nō oportere fieri ſacerdotibus peccatorum cōfeſsionem, nec ab eis abſolutionem petere: quoniam Deus ipſe dicit: *Ego ſum* & vt omnem alium excluderet, congeminat verba: *Ego ipſe ſum, qui deleo iniquitates tuas*, atque vt de omni peccato intelligatur, addit, *& peccatorum tuorum non recordabor.* Sed quærunt catholici, Nunquid Chriſtus ſit Deus? Credo eos nō negare. At ipſe dixit Apoſtolis: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Idem igitur Deus, qui per prophetam dixerat: *Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas*, dicit per os Filij: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Vtrobique igitur verum eſſe oportet, quia ſic locutus eſt Deus. † Ergo remittit Deus peccata, Remittūt etiam ſacerdotes. Remittit Deus authoritate: Remittūnt ſacerdotes miniſterio. Remittit

Iſa. 43.

Hæretici hoc loco abuſi ſunt.

Ioan. 20.

Exponitur propoſitio I.

Deus aliquando ſe ſolo, aliquando per ſacra-
II. menta. † Non remittunt ſacerdotes ſine ſacramentis. Deus quia hominum corda intuetur, videt peccata omnia. Sacerdotes, quoniam ho-
Deus videt peccata. mines ſunt, videre peccata non poſſunt. Quo
III. fit, vt peccatores, † ſi per ſacramenta abſolui volunt, peccata ſacerdotibus confiteri teneantur. Secus enim abſolutionis beneficium obti-
IIII. nere non poſſunt. † Qua de re nulla fit Deo iniuria, cùm per ſacerdotes à Deo vocatos, & per ſacramenta à Deo inſtituta, peccata remitti dicitur. Quandoquidem hoc ſtatuit, hoc decreuit,
Nouatiani hæretici. hoc voluit Deus. Exiſtimauere olim Nouatiani poſt babtiſmum ſi relaberetur homo in peccatum, per ſacerdotem abſolui non poſſe. Con-
Amb. li 1. de pœn ca. 7. tra quos ſic B. Ambroſius lib. 1. de pœni. cap. 7. arguit: Cur (inquit) baptizatis, ſi per hominem peccata dimitti non licet, In baptiſmo remiſsio vtique omnium peccatorum eſt? Quid intereſt vtrum per pœnitentiam, an per lauacrum, hoc
V. ius ſibi datum ſacerdotes vendicent? † Vnum in vtroq; myſterium eſt. Sed dices: Quia in lauacro operatur myſteriorum gratia. Quid in pœnitentia? Nonne Dei nomen operatur? Quid ergo? Vbi vultis, vendicatis vobis Dei gratiam, Vbi vultis, repudiatis? En B. pater Amb. pecca ta in pœnitentia remitti per ſacerdotem, ſicut in baptiſmo, fatetur. Vtrunque nanque eſt ſacramentum: vtrobique operatur Deus, operatur miniſter. Vtrobique ſacerdos ſibi dimittendi peccata facultatem non arrogat, ſed conceſ-

ſa

ſa à Deo vtitur. Remittit itaque ſacerdos, ſed per miniſterium ſacramentorũ, Remittit Deus propria authoritate. Datæ quippe ſunt claues eccleſiæ Epiſcopis, & presbyteris, illisq́; ſolis ius ligandi, atque ſoluendi eſt permiſſum. Dicit enim Chriſtus Apoſtolis dans ſpiritum ſanctũ .i. dimittẽdi peccata autoritatẽ, quæ per ſpiritũ ſanctũ fit. Accipite ſpiritum ſanctum, & quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retenta ſunt. In huius autem ſignum mundatos leproſos Dominus ad ſacerdotes mittit Matth. 8. Et Lazarum ſuſcitatum ſolui iuſsit per Apoſtolos. Nam & ſi intus per contritionem abſoluatur peccator, remanet adhuc ligatus, & per ſacerdotes ſolui debet. Non enim fruſtra datæ ſunt claues Eccleſiæ.

Claues eccleſiæ quibus datæ ſunt. Ioan. 20. Matth 8. Ioan. 11.

EXPLICATIO LXVII.

Ego Dominus, & non eſt alter formãs lucem, &c. Iſaiæ. 45.

SVMMAE.

I. *Deus non niſi bona facere poteſt, cùm ſit cauſa omnium bonorum.*

II. *Deus noſter eſt Deus nolens iniquitatem.*

III. *Deum eſſe factorem ſiue creatorem mali vel culpæ aſſerere ſacrilegium eſt.*

IIII. *Sicut Deus bonus bona facit, ſic Deus iuſtus mala punit.*

V. *Auctor mali culpæ & peccatum eſt Diabolus.*

VI. *Deus eſt auctor ſupplicij & pœnæ.*

Iſa. 45.
Hoc loco abuſi ſunt hæretici.
Exponitur propoſitio Malum peccatum.

VETVS hæreſis eſt, & nouo hoc noſtro ſeculo repullulauit, Deum omnis flagitij omniſque mali eſſe auctorem; ad quod impium dogma probandum, verba Iſaiæ aſſumunt, huius hæreſis defenſores: *Ego* (inquit) *Dominus creans lucem & tenebras, & faciens bonum & malum.* Impij profectò ſunt, qui cùm ſe male geſſiſſe non erubeſcant, malitiæ etiam ſuæ quærunt excuſationem, & mali à ſe perpetrati cauſam in Deum omnium bonorum auctorem retorquent. Malum quippe eſt peccaſſe, peius peccatum non agnoſcere, peſſimum illius Deum facere impulſorem, ſiue creatorem. Nam cùm de Deo ſcriptum ſit Geneſ. primo. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona; quomodo facit mala? Bonus inquam erat Deus; ergo non niſi bona creare potuit: Bonus eſt nunc Deus, & nihil mutatur ab illo; † Bona itaq; facere nunc & ſemper neceſſe eſt. Item Salomon Eccleſiaſtis 3. Cuncta (inquit) bona fecit in tempore ſuo. Si cuncta ſunt bona quæ fecit, vbi mala? Chriſtus Iohannis 8. ſe à peccato immunem oſtendés ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si Chriſtus, quia diuinitati coniunctus criminis argui non poterat; quis diuinitatem de peccatò accuſabit? Sed vnum Dauid Pſalm. 5. de bonitate Dei loquentem audiamus: † *Manè* (inquit)

Peius.
Peſſimum.
Gene. 1.
Deus bonus eſt.
I.
Eccleſ. 3.
Ioan. 8.
Pſal. 5.
II.

quit) *aſtabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus; neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Odiſti omnes qui operātur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendaciam.* Quid clari⁹ pro neſaria hæreſi confundenda, adduci potuit quàm quod Deus noſter ſit Deus nolens iniquitatem, Non habitet aput eum malignus, neque iniuſtos ferant oculi eius, Imo perſequatur operantes iniquitatem, & perdat qui loquũtur mendacium. Verba autem Iſaiæ accipienda sũt iuxta literæ ſenſum. Principio enim illius capitis Cyro loquitur, victorias illius cōtra Chaldæos, & alios multos populos, quos habiturus erat, commemorat. Deinde ad populũ captiuum conuerſus, promittit liberationem. & ne quis dubitaret victorias, & Cyri triumphos, & populi liberationem non futuram, aut non eſſe à Deo ait: *Ego Dominus, & non eſt alter formans lucem, & creans tenebras; faciens pacem, & creans malum.* Proſpera enim & Cyri exaltationē appellauit lucem, & ſubijciendorum populorũ oppreſſionem nuncupauit tenebras. Populi autem Iſraelitici liberationem, & ad promiſſionis terram reuerſionem dixit pacem, ſicut captiuitatis afflictionem, vocauit malum. Ergo exaltatio Cyri, lux eſt; oppreſſio populorum, tenebræ; & reuerſio Iſraelis, pax; illiusque captiuitas malum, & hæc omnia fecit Deus. Hinc oritur illa non minus famoſa, quàm vera catholicorũ diſtinctio: Malum in ſcriptura ſacra duo-

Iſa. 45.

Malum duplicter accipitur.

bus modis accipi ſolere. Malum videlicet culpæ, quod verè peccatū dicimus; & Malum pœ-
III. næ, quod flagellum & afflictionem ſignificat. † Deum autē eſſe creatorē, ſiue factorē mali vel culpæ, impium & ſacrilegum eſt aſſerere. Auctorem vero mali pœnæ, hoc eſt afflictionum,
IIII. liberè fatemur. † Nam ſicut Deus eſt bonus, ita & eſt iuſtus; & ſicut veluti bonus bona facit, ſic veluti iuſtus punit mala, quæ fiunt. Auferas à Deo bonitatem, & nulla erunt bona; auferas à Deo malorum punitionem, & nulla erit iuſtitia. Quà de re tenebras & mala, quæ à Deo creata perhibentur à propheta, afflictiones, punitiones, non peccata neque culpæ intelligi debent. In hunc ſenſum Gloſ. ordin. quæ Greg. attribuitur, verba prophetæ explicauit: Non mala (inquit) quæ ſua natura ſubſiſtunt creantur à Domino, ſed creare ſe mala dominus indicat, cùm res bene creatas, nobis male agentib9 in flagellum format, vt ea ipſa, & per dolorem, quo feriunt, delinquentibus mala ſint, & per naturam, qua exiſtunt, bona. Vnde & venenū quidem mors eſt homini, & vita ſerpenti: hæc ibi. Hieron. e differens hunc Iſaiæ locum, & expoſitioni noſtræ conſentiens ita ſcripſit. Qui igitur tibi dedi fortitudinem, (Cyro vel populo Iſraeli loquitur Deus) & ſol9 Deus ſum ipſe, res inter ſe contrarias facio, Lucem & tenebras i. diem & noctem; pacem, & malum, hoc eſt ocium & bellum; per quæ ſignificat, & iratū fuiſſe ſe populo ſuo, quando tenebras captiuitatis,

Glo. ord. quæ Grego. attribuitur.

Hiero. ſuper hunc locū Iſaiæ.

mala-

malaque ſuſtinuit ſeruitutis; & rurſum miſertum, quando in patriam redeuntes, pacem & gaudium receperunt. Quomodo enim luci contrariæ tenebræ ſunt; Ita paci contrarium bellũ eſt. Vnde confundatur hæreſis, quæ malorum arbitratur conditorem Deum; Cùm hic malũ non contrarium bono, ſed ꝓ afflictione ponatur & bello; Secundum illud quod in Euangelio ſcriptum eſt: Sufficit diei malitia ſua. Hæc ibi Hiero. qui rurſus ad illum Hieremiæ locum, *Nunc ergo dic viro Iuda & habitatori Ieruſalem. Hæc dicit Dominus: Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem*, dicit. Malum autem iuxta Iſaiam, qui dicit; Faciens pacem, & creans malum. Non quòd per ſe malũ ſit, ſed quòd patientibus malum eſſe videtur. Atque eodem modo expoſuit Origenes verba illa Iob 2. Si bona de manu domini accepimus, mala autem quare non ſuſtineamus? De manu (inquit) domini mala non procedunt, ſed omnia bona, ſicut ſol tenebras proferre nõ poteſt. Quæ verò impijs hominibus pro vindicta ſcelerum immittit Deus, bona etiam ſunt; Quia ad pœnitentiæ commemorationem infliguntur; Mala verò his, qui ad pœnitentiam non ſe conuertunt, exiſtimantur. Tertullianus lib. 2. aduerſus Marcionem, qui hanc hæreſim tenebat, verba Iſaiæ in eadem ſententia explicauit: Amplexi (inquit) vocabuli communionem, duas malorum ſpecies in ambiguitate turbantem, quia mala dicuntur,

Matth. 6.
Ierem. 18.
Iſa 45.
Orige. exponens verba Iob 2.
Tertul. li. 2 aduerſus Marcionẽ.

tur,

tur, & delicta, & ſupplicia; paſſim voluit eum conditorem malorum intelligi, vt malitiæ au-ctor renuntietur. Nos autem adhibita diſtincti one vtriuſque formæ, ſeparatis malis delictis, & malis ſupplicijs, malis culpæ, & malis pœnæ,
V. ſuum cuique parti definimus auctorem. † Malorum quippe peccati & culpæ Diabolum, malorum verò ſupplicij & pœnæ, Deum creatorem; vt illa pars malitiæ deputetur; iſta iuſtitiæ mala condenti iudicia verius ſupplicia aduerſus mala delicti. Pariter illud Prophetæ A-
Amos 3. mos 3. *Non eſt malum in ciuitate, quod non faciat*
Aug. contra Addimantum. cap. 6. *Dominus*; de malo pœnę interpretatur Auguſt. contra Addimantum Manichæi diſcipulum ca. 26. Malum (inquit) hoc loco non peccatum ſed pœna intelligenda eſt. Dupliciter enim appellatur malum. Vnum quod homò facit: Alterum quod patitur pœna. De pœnis ergo loquebatur propheta cum hoc diceret. Conſtat itaque ex his, mali non Deum auctorem, & cum à ſanctis ſcripturis malum facere ſiue creare aſſeritur, de malo pœnæ intelligendum eſt.

EXPLICATIO LXIX.

Verè languores noſtos ipſe tulit, & dolores noſtros &c. Iſaiæ. 53.

SVMMÆ.

I. *Chriſtus crucem ſuam portans non abſtulit noſtram, imò ferendam reliquit.*

II. Chri-

II. *Chriſtus paſſus eſt pro omnibus, omninoq́; peccatorum pœnas ſoluit ſufficienter.*

III. *Deus noſtram requirit ſatisfactionem, vt delictum in nobis commiſſum in nos vendicare debeamus, & ideo efficienter Chriſtus pro peccatis noſtris non ſatisfecit.*

IIII. *Ad ſatisfactionem peccatorum noſtrorum non ſufficit fides & perſuaſio dolorum Chriſti.*

V. *Paſſio Chriſti in Baptiſmo tota ſe effudit Baptizatis.*

VI. *Virtus paſſionis Chriſti non ſe tota pœnitēti communicat in pœnitentia.*

SCRIPSIT Iſaias 53. cap. de Chriſto: *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Dominus autem poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum,* ex quo noſtri temporis hæretici concluſerunt nihil amplius Chriſtiano vel eſſe patiendum vel operandū pro peccatorum ſatisfactiōe, niſi tantùm vt credat hęc pro eo Chriſtū pertuliſſe. Sed quam fallamini oſtendit Chriſtus Matth. 10. dicens. Et qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, nō eſt me dignus. Quanquam enim ſuam Chriſtus pertulerit crucem; + noſtram tamen non abſtulit, quominus ferendam reliquerit. Imò qui eam (inquit) non tulerit, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et Paulus ad Rom. 6. inquit: Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: Ita nunc

Iſa. 53. Hoc loco abuſi ſunt hæretici.

Matth. 10.

I. Exponitur propoſitio

Rom. 6.

nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Non inquam dicit Paulus: Qui ſeruierunt immunditiæ, credant Chriſtum pro eis ſatisfeciſſe tantùm: Sed ait, exhibeant membra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ. Cui
1. Pet. 2. ſimile ſcribit Petrus. 1. Petr. 2. In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius. Non docet hic Petrus tantùm in Chriſtum credere; ſed quòd conformitatẽ paſſionis & dolorum quandam habere ſit neceſſe, vt ſequamini, inquit, veſtigia eius. Incongruũ quidem exiſtimaſſe crediderim Chriſtum pro alienis peccatis lachrymas, & ſanguinem effudiſſe; nos autem pro noſtris ne lugere quidem, aut pati velle. Dices forte: Chriſti paſſio cùm ſit infinita, pro infinitis quoque peccatis ſatisfecit. Quid ergo nos illi ſatisfactioni ſuperaddere poſſumus? Reſpondeo: † Sufficienter quidem Chriſtum pro omnibus paſſum, omniumque peccatorũ pœnas ſoluiſſe. Torcular enim calcauit ſolus, & de gentibus non fuit vir ſecum. Quo ſenſu loquitur Iſaias dicens *Dominus autem poſuit iniquitates omnium noſtrum ſuper eum.* Efficienter tamen, & quantum ad nos pro peccatis noſtris non ſatisfecit, quoniam adhuc Deus noſtram † requirit ſatisfactionem. Non equidem quòd illa non ſufficiat, ſed vt nos, qui deliquimus, ipſum etiam delictum in nos vindicare debeamus. Nam congruum eſſe videtur, vt qui peccantes, honorem Deo, & obedientiam

Chriſtus & lachrymas & ſanguinem pro alienis peccatis effudit.

Obiectio.

Reſponſio

Iſa. 63.

II.

III.

entiam ſubtraximus. Pœnitentes quoque delectabilia vel vtilia nobis ſubtrahentes, illa in Dei honorem ac ſacrificium offeramus. Qua de re conſequens eſt, † fidem & perſuaſionem dolorum Chriſti minime ſufficere; ſed oportere adhuc ſatisfactionem, & corporis afflictionem quandam per pœnitentiæ ſacramentum à nobis adhiberi. Si enim hæc reieceris, ſi pœnitentiæ ſacramentum neglexeris, ſi ſecum pati nolueris, virtus illa Chriſti ſatisfactiua peccatorum tibi non communicabitur. Vnde diſcrimen apparet remiſſionis peccatorum in baptiſmo, & pœnitentiæ ſacramentis. † In Baptiſmo enim tota ſe effudit baptizatis, communicaturque paſſiò Chriſti, vt penitus omnes peccatorũ maculæ ſimulq; eorum pœnæ condonentur. Quoniam illa in vniuerſum à Dei miſericordia & voluntate pendet. † In pœnitentia verò non tota ſe paſſionis Chriſti virtus communicat pœnitenti, neque ſimul tota diluitur pœna cum culpa; & idcirco ex parte pœnitentis, dolor diuinę offenſionis, & ſui ipſius caſtigatio expoſcitur. Atque hoc eſt quod Iohan. Baptiſt. Luc. 3. dicebat, Facite fructus dignos pœnitentiæ. Sunt ergo fructus quidam innocentiæ, ſiue iuſtitiæ, qui à iuſto homine fiunt. Sũt & fruct⁹ digni pœnitentię, quibus ꝙ nos cõmiſiſſe cõtra diuinã legẽ, vel omiſiſſe pœnitet, cõpenſatur. Porrò hãc cõpenſationis ſiue ſatisfactionis legem, quicunq; euangelicã pœnitentiam egerunt, ſeruaſſe compertum

IIII.

V.

VI.

Luc. 3.

Fructus ſũt duplices.

eſt,

Luc. 7. eſt. Vt de peccatrice, B. Petro, Corinthio forni
Matth. 26. cario &c. legitur. De his ita ait Grego. homil.
1. Cor. 5. 20. exponens illud Matth. 3. Facite fructũ dignũ
Greg ho. 20. exponens illud. pœnitentiæ. Quiſquis illicita nulla commiſit, huic iure naturæ conceditur, vt licitis vtatur.
Matth. 3. At ſi quis in culpam ſit lapſus, tanto à ſe debet licita abſcindere, quanto ſe meminit & illicita perpetraſſe. Vniuſcuiuſque ergo conſcientia conuenitur, vt tanto maiora quærat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto grauiora ſibi intulerat damna per culpam. Hæc ibi. Et idem exponens quomodo Dauid noluit bibere aquam de ciſterna Bethel, ſed libauit eam
2. Reg. 23. domino 2. Reg. 23. ait: Cogitandum eſt, vt qui illicita commiſit, à quibuſdam etiam licitis abſtineat, vt per hoc conditori ſuo ſatisfaciat; vt qui commiſit prohibita, abſcindat ſibi etiam & conceſſa; & ſe reprehendat in minimis, quem meminit peccaſſe in maximis. hactenus ille.
Greg ho. 33. Longe igitur aliter ſentit B. Grego. ab huiuſmodi hæreticis. Ille enim compenſationẽ peccatorum per bona opera quærit, iſti bona opera reijciunt. Ille conformitatem dolorum cum Chriſto exigit, iſti carnis oblectamenta proponunt: Ille ad lachrimas & Chriſti dolores vocat pœnitentes, iſti retrahunt, & ad riſus, carniſq;
Pœnitẽtia Magdalenæ petulantiam alliciunt. Et hom. 33. idem pater Greg. exemplo Magdalenæ peccatricis hoc i-
Luc. 7. pſum perſuadere nititur: Quot (inquit) in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta, conuertit ad virtutem numerum criminũ,

vt

vt totum ſeruiret Deo in pœnitentia, quicquid ex ſe Deum contempſerat in culpa. Lachrymis nanque pedes Ieſu lauit, capillis capitis terſit, & vnguento vnxit, &c. De B. Petro pariter legitur, poſt negationem Chriſti foras egreſſum amarè fleuiſſe; ipſamque negationem quoad viueret referente Clemente, deplanxiſſe. Niniuitæ ſimili modo in cinere, & cilicio, ieiunio, & orationibus pœnitentes miſericordiam domini impetrarunt. Nota eſt Theodoſij Imperatoris pœnitentia, qui non ſtans domino ſupplicabat, neque genua flectebat, ſed pronus in pauimento iacebat; manibus verò capillos euellēs, frontem percutiens, pauimentumque lachrymarum guttis aſpergens, veniam impetrare poſcebat. Vide hiſt. Tripart. lib. 9. cap. 30. Arbitror ex his ſatis conſtare, ſatisfactionem in diluendis peccatis requiri: fidemque illam, quod Chriſtus pro peccatis ſatisfecerit, non ſufficere. Non enim ſat eſt pœnitenti, deinceps non peccare; ſed oportet in ſe priora vindicaſſe peccata. Non tantùm inquit ſapiens Eccleſiaſt. 21. Fili peccaſti? non adijcies iterum, ſed ſubdit: & de priſtinis deprecare, vt dimittantur.

Petri lachrima. Matt. 26.

Pœnitētia Niniuitarū Ionæ 3.

Theodoſij Imperatoris pœnitē.

Hiſt. Trip. li. 9. ca. 30.

Eccle. 21.

EXPLICATIO LXX.

Et facti ſumus vt immundi omnes nos, & quaſi pannus mēſtruatę. Iſaię 64.

SVMMAE.

I. *Iuſtitia legis comparata Euāgelicæ puritati immunditia eſt.*

II. *Peccatum grande quod peccauerunt iudæi fuit occiſio Chriſti.*

III. *Opera noſtra à libero arbitrio tantùm procedentia licèt meritoria non ſint, ſunt tamen quatenus à Dei Gratia procedunt.*

IIII. *Opera Chriſtiani hominis meritoria.*

Iſa 64. Hæretici hoc loco abuſi ſunt

VERBA Iſaiæ ſunt. *Et facti ſumus vt im mūdi omnes nos, quaſi pannus menſtruata vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.* Hinc imprudenter admodum agunt noſtri hæretici, cùm ex his verbis colligere conãtur, opera Chriſtiani hominis, nec meritoria, nec iuſta eſſe apud Deum, quia om̄nes hominum iuſtitias, tanquã pannum menſtruatę vocat Iſaias. Sed aberrant

Authoris ſententia. Primo. Expoſitio propoſitionis.

plurifariam. Primò, quòd à ſtatu vnius populi, vniuſque temporis, in quo videlicet Iſaias viuebat, ad vniuerſalem totius temporis ſtatum argumentãtur. De populo enim tūc temporis loquitur Iſaias, & illum immundum atque eius opera maculata appellat. Non ergo ſequitur, vnius

vnius populi in vno tempore ſunt opera macu lata coram Deo: Igitur omnium hominum, & in omni tempore ſunt opera maculata. Secundò errant, quòd à populo ſub lege Moyſi, ad populum ſub lege Euangelica tranſeunt. Nam nõ eſt recta collectio: Populus iudæorum ſine gratia Chriſti iuſtitias faciebat polutas; Ergo Chriſtianorum iuſtitiæ ſub gratia euangelica polluttę ſunt. B. Hierony. in hunc locum ait: † In quo conſiderandum, quòd iuſtitia quæ in lege eſt ad comparationem Euangelicæ puritatis immunditia nominetur. Tertiò deſipiunt, non recte conſiderantes quomodo loquatur Propheta, qui de deſolatione Ieruſalem, & populi captiuitate, & malis, quæ ſuperuentura erant ꝓpter mortem Chriſti, vaticinatur. Nam ſic progreditur: *Ecce tu iratus es contra nos, & peccauimus; in ipſis fuimus ſemper.* † Peccatum autem grande, quod peccauerunt iudæi, eſt Chriſti occiſio. Et ſequitur: *In ipſis fuimus ſemper.* Quoniam obſtinati, nunquam ſe occidiſſe Chriſtũ fateri voluerunt. Sequitur: *Et facti ſumus, vt immundi omnes*, quia iudæi per orbem diſperſi ab omnibus gentibus reputati ſunt viles, & abominabiles. Sequitur: *Quaſi panus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.* Si quidem iudæi à ciuitate Ieruſalem expulſi, nequeunt ſacrificia prò peccatis offerre; ſine quibus eorum iuſtitiæ immundæ, maculatæque ſunt: Non enim habent templum, non ſummum ſacerdotem, qui

Secundò.

Hiero. in Iſa. I.

Tertiò.

I I.

oret, aut offerat pro peccatis eorum. Quamobrem ſi omni ex parte ritè, vt decet, conſideretur textus, facilè colligi poterit, Iſaiam † de operibus Chriſtiani hominis iuſtificati haud intellexiſſe. Siquidem eſto, quòd opera, quatenꝰ à libero hominis arbitrio procedunt, merito- ria non ſint, quatenus tamen à gratia Dei, & ſpiritu ſancto hominem inhabitante, fiunt Deo grata, † vitæq; æternæ meritoria neceſſe eſt eſſe. Et iccirco neque immunda, neque vt pannus menſtruatæ, polluta. Namſi polluta eſſent, non præciperentur fieri; cùm ait Dominus; Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Si etiam polluta, non eis proponeretur à patre cœleſti præmium; dicente Chriſto: Et pater meus, qui eſt in abſcondito, reddet tibi. Si etiam polluta in diſcuſſione operum, non dicturus eſſet: Venite benedicti &c. Quia eſuriui & dediſtis mihi manducare &c.

III. (margin, beside "tur textus")
IIII. (margin, beside "grata")
Matth. 15. (margin, beside "non præciperentur")
Matth. 6. (margin, beside "polluta, non eis")
Matth. 25. (margin, beside "in diſcuſſione")

EXPLICATIO LXXI.

Ecce enim creo cœlos nouos, & terram nouam &c. Iſaia 65.

SUMMAE.

I. *Cœlum & terra non de nouo creabuntur, ſed commutabuntur in melius.*

II. *Propoſitio Beati Petri, de quibus cœlis ſit intelligenda.*

DE

DE ſtatu orbis poſt corporum reſurre- ctionem tres fuerunt opiniones, Prima cœlos, elementa, & reliqua in eodem ſtatu, in quo nunc ſunt, eſſe permã ſura; vt neque cœlum nouum fiat, neque terra. Hanc opinionem, B. Aug. in lib. de hæreſ. cap. 67. & Philaſter inter hæreſes connumerarunt, & eãm hic Iſaias verba Domini; Ego creo cœlos nouos, & terram nouam, referens, damnat. Secunda eſt eorum, qui putant omnia, quæ oculis cernimus, interitura, & ad nihilum redigenda, quoniam Euãgelium ait Matth. 24. Cœlum & terra tranſibunt. Et Paulus Apoſtolus, 2. Cor. 4. Quę enim videntur, temporalia ſunt; Quæ autem non videntur, æterna. Porrò hanc. B. Hieron. ſuper Iſaiam cap. 65. referens, non impugnat, ſed tanquam non audiendam reliquit. Puto, quia aperte ex verbis Iſaiæ conuincitur, quando dicit; Ego creo cœlos nouos, & terram nouam. † Tertia eſt eorum, qui nouitatem, commutationem in melius, & non elementorum arbitrantur interitum. Hanc ſacri Theologi, & veteres patres ſecuti ſunt, E quibus vnum Hieronymum producamus: A principio (inquit) terram tu fundaſti Domine, & opera manuum tuarum ſunt cœli: ipſi peribunt, Tu autem idem in æternum permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. In quo perſpicue demonſtratur, perditionem & interitũ, non abolitione in nihilum, ſed commutatione

Prima opin.

Aug. de hæreſibus ca. 67. & Philaſter.

Secunda opin.

Matth. 24. 2. Cor. 4. Hiero. ſup Iſa cap. 65.

1.

Tertia opinio.

Expoſitio propoſitionis.

Hierony. Pſal. 101. Hebr. 1.

ſonare in melius. Neque enim illud, quod in a-
Iſa 30. lio loco ſcriptum eſt: luna fulgebit vt ſol, & ſol
ſeptuplum lumen accipiet; interitum ſignificat
priſtinorum; ſed commutationem in melius:
Qđ vt poſſit intelligi, noſtræ conditionis pona
Exemplum mus exēpla. Infans, cū in puerū creuerit, & pu-
er in iuuenem, & iuuenis in virum, & vir in ſe
nem; nequaquam in ſingulas ætates perit; Idē
enim eſt qui prius fuit, ſed paulatim immuta-
tur, & ætati priſtinæ perijſſe dicitur. Quod in-
telligens Paulus Apoſtolus loquebatur: Præte-
1. Cor. 7. rit enim figura huius mundi. 1. Cor. 7. Conſide-
remus quid dixerit. Figura enim preterit, non
2. Pet 3. ſubſtantia Hoc idem ſignificat & Petrus: *Latet
eos hoc volentes; quoniam cæli erant ab initio, &
terra de aqua, & per aquam Dei ſermone ſubſiſtit,
per quæ prior mundus inundatus diluuio perijt. Cœ
li autem qui nunc ſunt, & terra eadem ratione ſer
uantur igni*: Quod quo ſenſu accipiendum ſit,
poſtmodum docet: *Nouos autem cœlos, & nouā
terram vidibmus, & repromiſſionem eius*. non di-
xit alios cœlos, & aliam terram videbimus, ſed
veteres, & antiquos in melius cōmutatos. Hæc
Hieron. in Iſa. ad cap. 65. Quibus verbis, nihil
explicatius dici poteſt ad catholicorum ſenten
tiam de cælorum & elementorum innouatione
confirmandam.

II. Verùm verba B. Petri eſſe intelligēda, vel
Aug ſuper de omnibus cœlis, vel de aëre, qui ſæpe cœlorū
Pſal. 101. nomine appellatur, dubitat Aug. & ſuper Pſal.
101 ipſa verba. B. Petri pertractans ait: Iam er-
go di-

go dixit perijſſe cœlos per diluuium, perijſſe autem nouimus cœlos ſecundum quantitatē, Gene.7.
& ſpatia aëris huius. Excreuit enim aqua, & totam capacitatem, vbi aues volitant occupauit. Ac ſic vtique cœli perierunt, propinqui terris cœli, ſecundum quod dicuntur aues cœli. Sunt & cœli cœlorum ſuperiores infirmamento; ſed vtrum ipſi perituri ſint igne, an hi ſoli cœli, q- etiam diluuio perierunt, diſceptatio eſt aliquāto ſcrupuloſior inter doctos, nec facile (maximè in anguſtia temporis) explicari poteſt. Dimittamus ergo eam, vel differamus. Nouerimus tamē perire iſta, Deum manere. hactenus Auguſt. Quanquàm verò cœli de quibus loquitur Petrus, videantur eſſe aërei, propterea q- 2.Pet.3.
futurum iudicium quod fiet in igne, comparauit Diluuio quod fuit in aqua, vt velit ignem Genef.7.
tantum creſcere ſupra montes, quantum ſe aquaeleuauit diluuij; Tamē de ſuperioribus cœlis, & à nobis remotiſſimis accipi pōt. Nanque Iſa.30. ſcribitur, Et erit lux lunæ, ſicut lux ſo- Iſa.30.
lis & lux ſolis erit ſeptēpliciter, ſicut lux ſeptē dierum in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit. Iuxta quam ſignificationem accipiendum eſt, quod in Apoc. dicit Ioan. Vidi cœlum no- Ioan.in A-
uum, & terram nouam; Noua, inquam, dicit, nō poca.21.
quod noua ſint creata, ſed quod in melius ſint commutata.

EXPLICATIO LXXII.

Cœlum ſedes mea: Terra autem ſcabellum pedum meorum. Iſaia. 66.

SVMMAE.

I. Deus non abominatur Templum.
II. Scriptura non Templa, ſed eorum abuſum reprehendit.
III. Diuina maieſtas non intercluditur in Templum.
IIII. Templa Deo & Sanctis fore dicanda, non eſt recens vſus in Eccleſia.
V. De Templorum conſtructione optima eſt Catholicorum opinio.
VI. Deus vbique exaudit, locus tamen orationi aptior eſt Templum.

Iſa. 66.

SIC Iſaias cap. 66. ait: *Hæc dicit Dominus. Cœlum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum. Quæ eſt iſta domus, quam ædificabitis mihi? & quis eſt iſte locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, & facta ſunt vniuerſa iſta, dicit Dominus, &c.* Ex his Iſaiæ verbis colligunt Hæretici, Templa non eſſe Deo conſtruenda, imò iniuriam illi fieri, ſi ædificentur. Sed profectò detorquent ſenſum prophetæ, qui non de templis Deo ædificandis, ſed de falſa Iudæorum & gentium opinione, quæ Deum locis includi opinaretur, loquitur. Iudæi quippe

Hæretici hoc loco abuſi ſunt.

Expoſitio propoſitionis.

Meſsiam putant templum in monte Moria, Iſai.66.
hoc eſt Ieruſalem ampliſsimum reædificaturum, ſacrificiaque ibi oblata Deo fore acceptiſſima. Vanæ ergo huic Iudæorum opinioni reſpondet Propheta dicens: *Quæ eſt iſta domus, quam ædificabitis mihi?* hoc eſt tam magna, tam ampla, tam inclyta, vt in ea includar? *Cœlum enim ſedes mea eſt: Terra autem ſcabellum pedum meorum. & omnia quæ ſunt, manus mea fecit.* Quę etiam ſacrificia mihi tunc offeretis? *Quoniam qui immolat bouem, quaſi, qui interficiet virum, &c. Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum Spiritu, & trementem ſermones meos?* quaſi dicat; ſacrificia veſtra poſt immolationem veri ſacrificij, in cuius vmbram illa ſacrificia conceſsi vobis, ne immolaretis Idolis, diſplicent. Ergo duos hic propheta excluſit errores. Vnum, non eſſe templum, poſt Meſſiæ aduentum Deo ædificãdum, quaſi clauderetur in eo: *Quia cœlum illi ſedes, & terra ſcabellum.* Alterum quòd iam non ad veteris legis ſacrificia quæ repudiarat, ſed ad humiles, quietos, & tremẽtes ſermones ſuos reſpiceret. Qua de re, patet manifeſtè, ad conſtructionem templorum quę à Chriſtianis fiunt, verba Iſaiæ referri nequaquam poſſe: †Si enim Deus templũ abominaretur, Salomoni non præcepiſſet templum ædificare. Si horror eſſet, templum Dei habere, illud non ingrederetur Chriſtus, nec eius violatores flagello puniret. Erraſſent quoque Petrus & Iohannes aſcendentes ad tem-

Errores Iudæorum. Hierem.6.

Primus error.

Secundus error. Pro.15.

I. 3 Reg.3. Matt.21. Ioan.2. Act 3. Act.5.

plum ad horam orationis nonam. Actor. 3. Er-
Actor. 17. raſſent & omnes alij de quib. teſtatur Luc. in
Act. Quòd poſt Chriſti aſcenſionem erant ſem-
per in templo laudantes & benedicentes De-
II. um. † Cùm igitur ſcriptura videtur aut reprehendere aut abominari templa, non legitimū eorum vſum, ſed abuſum reprehendit. Nam
III. valde errant, † qui propterea templa Deo cōſtrui putant; quòd illic diuina maieſtas inclu-
Salomonis oratio. 2. Parali. 2. datur. Quem errorem expreſsit Salomon in oratione, quam dedicato templo Deo fecerat: *Si cœlum*, inquit, *& cœli cœlorum non te capiunt, quanto magis domus iſta quam ædificaui?* Eundē quoque errorē ſuſtulit Stephanus primus mar-
Acto. 7. Acto. 17. tyr Chriſti Act. 7. & Paulus Act. 17. oſtendentes, Deum non habitare in templis manu factis. Poteſt quoque diuina ſcriptura reprobare templa, non quia templa ſint, locaque Deo dicata: ſed quòd eis abutantur Chriſtiani, qui ſanctam Dei domum negotijs ſecularibus, horrendiſque flagitijs non ſolùm dehoneſtent, ſed profanent, violentque. Templa verò & Deo & ſan-
IIII. ctis dicanda fore, † non eſt recens in Eccleſia v-
Damaſ li. 4. c 6. Aug. meminit de eccleſij dog. Euſe. lib. 2. eccl. hiſt. c 17. Anaclet. diſt. 11. can. ſa. ſus. Nam & de his meminit Damaſcenus lib. 4. cap. 6. Meminit Auguſt. lib. de Eccleſiaſt. dogmatibus. Meminit Euſebius lib. 2. Eccleſiaſt. hiſtor. cap. 17. Vbi Philonem inducit mores primitiuæ Eccleſiæ narrantem; inter quos templum ponit, vbi tantùm diuina myſteria celebrantur, libri & volumina prophetarum legun tur; Hymni, & cætera ſimilia Deo cantantur.

Re-

Refert Anacletus, B. Marcum Alexandriæ, & Ignatium Antiochiæ ſub B. Petri Apoſtoli nomine temp'um erexiſſe, diſt. 21. can. Sacroſancta Rom. Eccleſia. †Quamobrem non eſt catholicorum intentio ob eam cauſam conſtruenda eſſe Deo templa, quòd ille vel claudatur loco, vel alibi non exaudiat; Sed quod ipſi exiſtimẽt citius audiri, ſi ad eum locum, quem elegerit Dominus, acceſſerint. Deinde quòd congruũ maxime ſit diuina myſteria vno loco retineri, celebrari, venerarique. †Poſtremò quòd multi in eo ipſo templo ad orandum conuenientes citius exaudiri ſperent, promittente Domino: Si duo ex vobis conſenſerint, de quacunq; re petierint, fiet vobis ſuper teram. Matt. 18.

Sacroſancta Romana eccleſia.

V.

VI.

Matth. 18.

EXPLICATIO LXXIII.

Dabo leges meas in mentem eorum & in corde eorum, &c. Iere. 31.

SVMMÆ.

I. *Nouum Teſtamentum veteri ſucceſſit: quo ſit vt lex litteræ in legem ſpiritus commutata ſit.*

II *Lex vetus ſculpta fuit in tabulis lapideis, at noua in mente credentium.*

III. *Abundantia Spiritus Sancti præcipue fuit temporibus illis in Apoſtolis.*

IIII. *Spiritus Sãctus eſſe poteſt in quolibet fideli.*

V. *Viuente in perpetuum nouo Teſtamento vetus eſt obliteratum.*

VI.

tur, & delicta, & ſupplicia; paſſim voluit eum conditorem malorum intelligi, vt malitiæ auctor renuntietur. Nos autem adhibita diſtinctione vtriuſque formæ, ſeparatis malis delictis, & malis ſupplicijs, malis culpæ, & malis pœnæ,

V. ſuum cuique parti definimus auctorem. † Malorum quippe peccati & culpæ Diabolum, malorum verò ſupplicij & pœnæ, Deum creatorem; vt illa pars malitiæ deputetur; iſta iuſtitiæ mala condenti iudicia verius ſupplicia aduerſus mala delicti. Pariter illud Prophetæ Amos 3. *Non eſt malum in ciuitate, quod non faciat Dominus*; de malo pœnę interpretatur Auguſt. contra Addimantum Manichæi diſcipulum ca. 26. Malum (inquit) hoc loco non peccatum ſed pœna intelligenda eſt. Dupliciter enim appellatur malum. Vnum quod homo facit: Alterum quod patitur pœna. De pœnis ergo loquebatur propheta cum hoc diceret. Conſtat itaque ex his, mali non Deum auctorem, & cum à ſanctis ſcripturis malum facere ſiue creare aſſeritur, de malo pœnæ intelligendum eſt.

Amos 3. Aug. contra Addimantum. cap. 6.

EXPLICATIO LXIX.

Verè languores noſtos ipſe tulit, & dolores noſtros &c. Iſaiæ. 53.

SVMMÆ.

I. *Chriſtus crucem ſuam portans non abſtulit noſtram, imò ferendam reliquit.*

II. Chri-

II. *Chriſtus paſſus eſt pro omnibus, omninumq́ peccatorum pœnas ſoluit ſufficienter.*

III. *Deus noſtram requirit ſatisfactionem, vt delictum in nobis commiſſum in nos vendicare debeamus, & ideo efficienter Chriſtus pro peccatis noſtris non ſatisfecit.*

IIII. *Ad ſatisfactionem peccatorum noſtrorum non ſufficit fides & perſuaſio dolorum Chriſti.*

V. *Paſſio Chriſti in Baptiſmo tota ſe effudit Baptizatis.*

VI. *Virtus paſſionis Chriſti non ſe tota pœnitẽti communicat in pœnitentia.*

SCRIPSIT Iſaias 53. cap. de Chriſto: *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Dominus autem poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum,* ex quo noſtri temporis hæretici concluſerunt nihil amplius Chriſtiano vel eſſe patiendum vel operandũ pro peccatorum ſatisfactiõe, niſi tantùm vt credat hęc pro eo Chriſtũ pertuliſſe. Sed quam fallamini oſtendit Chriſtus Matth. 10. dicens. Et qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, nõ eſt me dignus. Quanquam enim ſuam Chriſtus pertulerit crucem, ✝ noſtram tamen non abſtulit, quominus ferendam reliquerit. Imò qui eam (inquit) non tulerit, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et Paulus ad Rom. 6. inquit: Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: Ita

Iſa. 53. Hoc loco abuſi ſunt hæretici.

Matth. 10.

I. Exponitur propoſitio

Rom. 6.

nunc

nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Non inquam dicit Paulus: Qui ſeruierunt immunditiæ, credant Chriſtum pro eis ſatisfeciſſe tantùm: Sed ait, exhibeant membra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ. Cui

1. Pet. 2. ſimile ſcribit Petrus. 1. Petr. 2. In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius. Non docet hic Petrus tantùm in Chriſtum credere; ſed quòd conformitatẽ paſſionis & dolorum quandam habere ſit neceſſe, vt ſequamini, inquit, veſtigia eius. Incongruũ

Chriſtus & lachrymas & ſanguinem pro alienis peccatis effudit.

quidem exiſtimaſſe crediderim Chriſtum pro alienis peccatis lachrymas, & ſanguinem effudiſſe; nos autem pro noſtris ne lugere quidem, aut pati velle. Dices forte: Chriſti paſſio cùm ſit infinita, pro infinitis quoque peccatis ſatisfecit.

Obiectio.

Quid ergo nos illi ſatisfactioni ſuperaddere poſſumus?

Reſponſio

Reſpondeo: † Sufficienter quidem Chriſtum pro omnibus paſſum, omniumque peccatorũ pœnas ſoluiſſe.

Iſa. 63. II.

Torcular enim calcauit ſolus, & de gentibus non fuit vir ſecum. Quo ſenſu loquitur Iſaias dicens *Dominus autem poſuit iniquitates omnium noſtrum ſuper eum.* Efficienter tamen, & quantum ad nos pro peccatis noſtris non ſatisfecit, quoniam adhuc

III.

Deus noſtram † requirit ſatisfactionem. Non equidem quòd illa non ſufficiat, ſed vt nos, qui deliquimus, ipſum etiam delictum in nos vindicare debeamus. Nam congruum eſſe videtur, vt qui peccantes, honorem Deo, & obedi-

entiam

entiam ſubtraximus. Pœnitentes quoque delectabilia vel vtilia nobis ſubtrahentes, illa in Dei honorem ac ſacrificium offeramus. Qua de re conſequens eſt, † fidem & perſuaſionem dolorum Chriſti minime ſufficere; ſed oportere adhuc ſatisfactionem, & corporis afflictionem quandam per pœnitentiæ ſacramentum à nobis adhiberi. Si enim hæc reieceris, ſi pœnitentiæ ſacramentum neglexeris, ſi ſecum pati nolueris, virtus illa Chriſti ſatisfactiua peccatorum tibi non communicabitur. Vnde diſcrimen apparet remiſſionis peccatorum in baptiſmo,& pœnitentiæ ſacramentis. † In Baptiſmo enim tota ſe effudit baptizatis, communicaturque paſſio Chriſti, vt penitus omnes peccatorũ maculæ ſimulq; eorum pœnæ condonentur. Quoniam illa in vniuerſum à Dei miſericordia & voluntate pendet. † In pœnitentia verò non tota ſe paſſionis Chriſti virtus communicat pœnitenti, neque ſimul tota diluitur pœna cum culpa; & idcirco ex parte pœnitentis, dolor diuinę offenſionis, & ſui ipſius caſtigatio expoſcitur. Atque hoc eſt quod Iohan. Baptiſt. Luc. 3. dicebat, Facite fructus dignos pœnitentiæ. Sunt ergo fructus quidam innocentiæ, ſiue iuſtitiæ, qui à iuſto homine fiunt. Sũt & fructꝰ digni pœnitentię, quibus ꝙ nos cõmiſiſſe cõtra diuinã legẽ, vel omiſiſſe pœnitet, cõpenſatur. Porrò hãc cõpenſationis ſiue ſatisfactionis legem, quicunq; euangelicã pœnitentiam egerunt, ſeruaſſe compertum

IIII.

V.

VI.

Luc. 3.

Fructus ſũt duplices.

eſt,

Luc. 7. eſt. Vt de peccatrice, B. Petro, Corinthio forni
Matth. 26. cario &c. legitur. De his ita ait Grego. homil.
1. Cor. 5. 20. exponens illud Matth. 3. Facite fructũ dignũ
Greg ho. 20. expo- pœnitentiæ. Quiſquis illicita nulla commiſit,
nens illud. huic iure naturæ conceditur, vt licitis vtatur.
Matth. 3. At ſi quis in culpam ſit lapſus, tanto à ſe debet
licita abſcindere, quanto ſe meminit & illicita
perpetraſſe. Vniuſcuiuſque ergo conſcientia
conuenitur, vt tanto maiora quærat bonorum
operum lucra per pœnitentiam, quanto grauiora
ſibi intulerat damna per culpam. Hæc ibi.
Et idem exponens quomodò Dauid noluit bibere
aquam de ciſterna Bethel, ſed libauit eam
2. Reg. 23. domino 2. Reg. 23. ait: Cogitandum eſt, vt qui
illicita commiſit, à quibuſdam etiam licitis abſtineat,
vt per hoc conditori ſuo ſatisfaciat; vt
qui commiſit prohibita, abſcindat ſibi etiam &
conceſſa; & ſe reprehendat in minimis, quem
meminit peccaſſe in maximis.. hactenus ille.
Greg ho. 33. Longe igitur aliter ſentit B. Grego. ab huiuſmodi
hæreticis. Ille enim compenſationẽ peccatorum
per bona opera quærit, iſti bona opera
reijciunt. Ille conformitatem dolorum cum
Chriſto exigit, iſti carnis oblectamenta proponunt:
Ille ad lachrimas & Chriſti dolores vocat
pœnitentes, iſti retrahunt, & ad riſus, carniſq;
Pœnitẽtia Magdalenę Luc. 7. petulantiam alliciunt. Et hom. 33. idem pater
Greg. exemplo Magdalenæ peccatricis hoc ipſum
perſuadere nititur: Quot (inquit) in ſe habuit
oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta,
conuertit ad virtutem numerum criminũ,

vt

vt totum ſeruiret Deo in pœnitentia, quicquid ex ſe Deum contempſerat in culpa. Lachrymis nanque pedes Ieſu lauit, capillis capitis terſit, & vnguento vnxit, &c. De B. Petro pariter legitur, poſt negationem Chriſti foras egreſſum amarè fleuiſſe; ipſamque negationem quoad viueret referente Clemente, deplanxiſſe. Niniuitæ ſimili modo in cinere, & cilicio, ieiunio, & orationibus pœnitentes miſericordiam domini impetrarunt. Nota eſt Theodoſij Imperatoris pœnitentia, qui non ſtans domino ſupplicabat, neque genua flectebat, ſed pronus in pauimento iacebat; manibus verò capillos euellēs, frontem percutiens, pauimentumque lachrymarum guttis aſpergens, veniam impetrare poſcebat. Vide hiſt. Tripart. lib. 9. cap. 30. Arbitror ex his ſatis conſtare, ſatisfactionem in diluendis peccatis requiri: fidemque illam, quod Chriſtus pro peccatis ſatisfecerit, non ſufficere. Non enim ſat eſt pœnitenti, deinceps non peccare; ſed oportet in ſe priora vindicaſſe peccata. Non tantùm inquit ſapiens Eccleſiaſt. 21. Fili peccaſti? non adijcies iterum, ſed ſubdit: & de priſtinis deprecare, vt dimittantur.

Petri lachrima. Matt. 26. Pœnitētia Niniuitarū Ionæ 3. Theodoſij Imperatoris pœnitē. Hiſt. Trip. li. 9. ca. 30. Eccle. 21.

EXPLICATIO LXX.

Et facti ſumus vt immundi omnes nos,&quaſi pannus mēſtruatę.Iſaię 64.

SVMMAE.

I. *Iuſtitia legis comparata Euāgelicæ puritati immundıtia eſt.*

II. *Peccatum grande quod peccauerunt iudæi fuit occiſio Chriſti.*

III. *Opera noſtra à libero arbitrio tantùm procedentia licèt meritoria non ſint,ſunt tamen quatenus à Dei Gratia procedunt.*

IIII. *Opera Chriſtiani hominis meritoria.*

Iſa 64. Hæretici hoc loco abuſi ſunt

VERBA Iſaiæ ſunt. *Et facti ſumus vt im mūdi omnes nos,quaſi pannus menſtruata vniuerſa iuſtitia noſtra.* Hinc imprudenter admodum agunt noſtri hæretici, cùm ex his verbis colligere conátur, opera Chriſtiani hominis,nec meritoria, nec iuſta eſſe apud Deum.quia om̄nes hominum iuſtitias, tanquā pannum menſtruatę vocat Iſaias. Sed aberrant plurifariam.Primò,quòd à ſtatu vnius populi,vniuſque temporis,in quo videlicet Iſaias viuebat, ad vniuerſalem totius temporis ſtatum argumentātur. De populo enim tūc temporis loquitur Iſaias,& illum immundum atque eius opera maculata appellat. Non ergo ſequitur,

Authoris ſententia. Primo. Expoſitio propoſitionis.

vnius

vnius populi in vno tempore ſunt opera macu lata coram Deo: Igitur omnium hominum, & in omni tempore ſunt opera maculata. Secundò errant, quòd à populo ſub lege Moyſi, ad populum ſub lege Euangelica tranſeunt. Nam nō eſt recta collectio: Populus iudæorum ſine gratia Chriſti iuſtitias faciebat polutas; Ergo Chriſtianorum iuſtitiæ ſub gratia euangelica pollutę ſunt. B. Hierony. in hunc locum ait: † In quo conſiderandum, quòd iuſtitia quæ in lege eſt ad comparationem Euangelicæ puritatis immunditia nominetur. Tertiò deſipiunt, non recte conſiderantes quomodo loquatur Propheta, qui de deſolatione Ieruſalem, & populi captiuitate, & malis, quæ ſuperuentura erant ꝓpter mortem Chriſti, vaticinatur. Nam ſic progreditur: *Ecce tu iratus es contra nos, & peccauimus; in ipſis fuimus ſemper.* † Peccatum autem grande, quod peccauerunt iudæi, eſt Chriſti occiſio. Et ſequitur: *In ipſis fuimus ſemper.* Quoniam obſtinati, nunquam ſe occidiſſe Chriſtū fateri voluerunt. Sequitur: *Et facti ſumus, vt im mundi omnes*, quia iudæi per orbem diſperſi ab omnibus gentibus reputati ſunt viles, & abominabiles. Sequitur: *Quaſi panus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.* Siquidem iudæi à ciuitate Ieruſalem expulſi, nequeunt ſacrificia prò peccatis offerre; ſine quibus eorum iuſtitiæ im mundæ, maculatæque ſunt: Non enim habent templum, non ſummum ſacerdotem, qui

Secundò.

Hiero. in Iſa. I.

Tertiò.

II.

oret, aut offerat pro peccatis eorum. Quamobrem ſi omni ex parte ritè, vt decet, conſideretur
III. textus, facilè colligi poterit, Iſaiam † de operibus Chriſtiani hominis iuſtificati haud intellexiſſe. Siquidem eſto, quòd opera, quatenꝰ à libero hominis arbitrio procedunt, meritoria non ſint, quatenus tamen à gratia Dei, & ſpiritu ſancto hominem inhabitante, fiunt Deo
IIII. grata, † vitæq; æternæ meritoria neceſſe eſt eſſe. Et iccirco neque immunda, neque vt pannus menſtruatæ, polluta. Nam ſi polluta eſſent,
Matth. 15. non præciperentur fieri; cùm ait Dominus; Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Si etiam
Matth. 6. polluta, non eis proponeretur à patre cœleſti præmium; dicente Chriſto: Et pater meus, qui eſt in abſcondito, reddet tibi. Si etiam polluta
Matth. 25. in diſcuſſione operum, non dicturus eſſet: Venite benedicti &c. Quia eſuriui & dediſtis mihi manducare &c.

EXPLICATIO LXXI.

Ecce enim creo cœlos nouos, & terram nouam &c. Iſaia 65.

SVMMAE.

I. *Cœlum & terra non de nouo creabuntur, ſed commutabuntur in melius.*

II. *Propoſitio Beati Petri, de quibus cœlis ſit intelligenda.*

DE

DE ſtatu orbis poſt corporum reſurre- Prima o-
ctionem tres fuerunt opiniones, Pri- pin.
ma cœlos, elementa, & reliqua in eodem ſtatu, in quo nunc ſunt, eſſe permá ſura; vt neque cœlum nouum fiat, neque terra. Hanc opinionem, B. Aug. in lib. de hæreſ. cap. 67. & Philaſter inter hæreſes connumerarunt, & eàm hic Iſaias verba Domini; Ego creo cœlos nouos, & terram nouam, referens, damnat. Secunda eſt eorum, qui putant omnia, quæ oculis cernimus, interitura, & ad nihilum redigenda, quoniam Euãgelium ait Matth. 24. Cœlum & terra tranſibunt: Et Paulus Apoſtolus, 2. Cor. 4. Quę enim videntur, temporalia ſunt; Quæ autem non videntur, æterna. Porrò hanc. B. Hieron. ſuper Iſaiam cap. 65. referens, non impugnat, ſed tanquam non audiendam reliquit. Puto, quia aperte ex verbis Iſaiæ conuincitur, quando dicit; Ego creo cœlos nouos, & terram nouam. † Tertia eſt eorum, qui nouitatem, commutationem in melius, & non elementorum arbitrantur interitum. Hanc ſacri Theologi, & veteres patres ſecuti ſunt, E quibus vnum Hieronymum producamus: A principio (inquit) terram tu fundaſti Domine, & opera manuum tuarum ſunt cœli: ipſi peribunt, Tu autem idem in æternum permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. In quo perſpicue demonſtratur, perditionem & interitũ, non abolitione in nihilum, ſed commutatione

Aug de hæreſibus ca. 67. & Philaſter.
Secunda opin.
Matth. 24.
2. Cor. 4.
Hiero. ſup Iſa cap. 65.
1.
Tertia opinio.
Expoſitio propoſitionis.
Hierony.
Pſal. 101.
Hebr. 1.

ſonare in melius. Neque enim illud, quod in a-
Iſa. 30. lio loco ſcriptum eſt: luna fulgebit vt ſol, & ſol
ſeptuplum lumen accipiet; interitum ſignificat
priſtinorum; ſed commutationem in melius:
Qđ vt poſſit intelligi, noſtræ conditionis pona
Exemplum mus exēpla. Infans, cū in puerū creuerit, & pu-
er in iuuenem, & iuuenis in virum, & vir in ſe
nem; nequaquam in ſingulas ætates perit; Idē-
enim eſt qui prius fuit, ſed paulatim immuta-
tur, & ætati priſtinæ perijſſe dicitur. Quod in-
telligens Paulus Apoſtolus loquebatur: Prǽte-
1. Cor. 7. rit enim figura huius mundi. 1. Cor. 7. Conſide-
remus quid dixerit. Figura enim preterit, non
2. Pet 3. ſubſtantia. Hoc idem ſignificat & Petrus: *Latet
eos hoc volentes; quoniam cœli erant ab initio, &
terra de aqua, & per aquam Dei ſermone ſubſiſtit,
per quæ prior mundus inundatus diluuio perijt. Cœ
li autem qui nunc ſunt, & terra eadem ratione ſer
uantur igni*: Quod quo ſenſu accipiendum ſit,
poſtmodum docet: *Nouos autem cœlos, & nouā
terram videbimus, & repromiſſionem eius*. non di-
xit alios cœlos, & aliam terram videbimus, ſed
veteres, & antiquos in melius cōmutatos. Hæc
Hieron. in Iſa. ad cap. 65. Quibus verbis, nihil
explicatius dici poteſt ad catholicorum ſenten
tiam de cælorum & elementorum innouatione
confirmandam.

11. Verùm verba B. Petri eſſe intelligēda, vel
Aug ſuper de omnibus cœlis, vel de aëre, qui ſæpe cœlorū
Pſal. 101. nomine appellatur, dubitat Aug. & ſuper Pſal.
101 ipſa verba B. Petri pertractans ait: Iam er-
go di-

go dixit perijſſe cœlos per diluuium, perijſſe autem nouimus cœlos ſecundum quantitatẽ, Gene.7.
& ſpatia aëris huius. Excreuit enim aqua, & totam capacitatem, vbi aues volitant occupauit. Ac ſic vtique cœli perierunt, propinqui terris cœli, ſecundum quod dicuntur aues cœli. Sunt & cœli cœlorum ſuperiores in firmamento; ſed vtrum ipſi perituri ſint igne, an hi ſoli cœli, q. etiam diluuio perierunt, diſceptatio eſt aliquãto ſcrupuloſior inter doctos, nec facile (maximè in anguſtia temporis) explicari poteſt. Dimittamus ergo eam, vel differamus. Nouerimus tamẽ perire iſta, Deum manere. hactenus Auguſt. Quanquàm verò cœli de quibus loquitur Petrus, videantur eſſe aërei, propterea q̄d 2. Pet.3.
futurum iudicium quod fiet in igne, comparauit Diluuio quod fuit in aqua, vt velit ignem Geneſ.7.
tantum creſcere ſupra montes, quantum ſe aquae leuauit diluuij; Tamẽ de ſuperioribus cœlis, & à nobis remotiſſimis accipi põt. Nanque Iſa.30. ſcribitur, Et erit lux lunæ, ſicut lux ſolis & lux ſolis erit ſeptẽpliciter, ſicut lux ſeptẽ dierum in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit. Iuxta quam ſignificationem accipiendum eſt, quod in Apoc. dicit Ioan. Vidi cœlum nouum, & terram nouam; Noua, inquam, dicit, nõ quod noua ſint creata, ſed quod in melius ſint commutata. Iſa.30. Ioan.in Apoca.21.

EXPLICATIO LXXII.

Cœlum ſedes mea: Terra autem ſcabellum pedum meorum. Iſaiá. 66.

SVMMAE.

I. *Deus non abominatur Templum.*

II. *Scriptura non Templa, ſed eorum abuſum reprehendit.*

III. *Diuina maieſtas non intercluditur in Templum.*

IIII. *Templa Deo & Sanctis fore dicanda, non eſt recens vſus in Eccleſia.*

V. *De Templorum conſtructione optima eſt Catholicorum opinio.*

VI. *Deus vbique exaudit, locus tamen orationi aptior eſt Templum.*

Iſa. 66. SIC Iſaias cap. 66. ait: *Hæc dicit Dominus. Cœlum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum* Hæretici hoc loco abuſi ſunt. *meorum. Quæ eſt iſta domus, quam ædificabitis mihi? & quis eſt iſte locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, & facta ſunt vniuerſa iſta, dicit Dominus, &c.* Ex his Iſaiæ verbis colligunt Hæretici, Templa non eſſe Deo conſtruenda, imò iniuriam illi fieri, ſi ædificentur. Sed profectò detorquent ſenſum prophetæ, qui non de templis Deo ædificandis, ſed de falſa Iudæorum Expoſitio propoſitionis. & gentium opinione, quæ Deum locis includi opinaretur, loquitur, Iudæi quippe

Meſſiam

Meſsiam putant templum in monte Moria, Iſai.66.
hoc eſt Ieruſalem ampliſsimum reædificaturum, ſacrificiaque ibi oblata Deo fore acceptiſſima. Vanæ ergo huic Iudæorum opinioni reſpondet Propheta dicens: *Quæ eſt iſta domus, quam ædificabitis mihi?* hoc eſt tam magna, tam ampla, tam inclyta, vt in ea includar? *Cœlum enim ſedes mea eſt: Terra autem ſcabellum pedum meorum. & omnia quæ ſunt, manus mea fecit.* Quę etiam ſacrificia mihi tunc offeretis? *Quoniam qui immolat bouem, quaſi, qui interficiet virum, &c. Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum Spiritu, & trementem ſermones meos?* quaſi dicat; ſacrificia veſtra poſt immolationem veri ſacrificij, in cuius vmbram illa ſacrificia conceſsi vobis, ne immolaretis Idolis, diſplicent. Ergo duos hic propheta excluſit errores. Vnum, non eſſe templum, poſt Meſſiæ aduentum Deo ædificãdum, quaſi clauderetur in eo: *Quia cœlum illi ſedes, & terra ſcabellum.* Alterum quòd iam non ad veteris legis ſacrificia quæ repudiarat, ſed ad humiles, quietos, & tremẽtes ſermones ſuós reſpiceret. Qua de re, patet manifeſtè, ad conſtructionem templorum quę à Chriſtianis fiunt, verba Iſaïæ referri nequaquam poſſe: †Si enim Deus templũ abominaretur, Salomoni non præcepiſſet templum ædificare. Si horror eſſet, templum Dei habere, illud non ingrederetur Chriſtus, nec eius violatores flagello puniret. Erraſſent quoque Petrus & Iohannes aſcendentes ad tem-

Errores Iudæorum. Hierem.6.

Primus error.

Secundus error. Pro.15.

I. 3 Reg.3. Matt.21. Ioan.2. Act 3. Act. 5.

Refert Anacletus, B. Marcum Alexandriæ, & Ignatium Antiochiæ ſub B. Petri Apoſtoli nomine temp'um erexiſſe, diſt. 21. can. Sacroſancta Rom. Eccleſia. †Quamobrem non eſt catholicorum intentio ob eam cauſam conſtruenda eſſe Deo templa, quòd ille vel claudatur loco, vel alibi non exaudiat; Sed quod ipſi exiſtimēt citius audiri, ſi ad eum locum, quem elegerit Dominus, acceſſerint. Deinde quòd congruū maxime ſit diuina myſteria vno loco retineri, celebrari, venerarique. †Poſtremò quòd multi in eo ipſo templo ad orandum conuenientes citius exaudiri ſperent, promittente Domino: Si duo ex vobis conſenſerint, de quacunq; re petierint, fiet vobis ſuper teram. Matt. 18.

Sacroſancta Romana eccleſia.

V.

VI.

Matth. 18.

EXPLICATIO LXXIII.

Dabo leges meas in mentem eorum & in corde eorum, &c. Iere. 31.

SUMMÆ.

I. *Nouum Teſtamentum veteri ſucceſſit: quo fit vt lex literæ in legem ſpiritus commutata ſit.*

II *Lex vetus ſculpta fuit in tabulis lapideis, at noua in mente credentium.*

III. *Abundantia Spiritus Sancti præcipue fuit temporibus illis in Apoſtolis.*

IIII. *Spiritus Sāctus eſſe poteſt in quolibet fideli.*

V. *Viuente in perpetuum nouo Teſtamento vetus eſt obliteratum.*

VI.

VI. *Chriſtus nihil ſcribere debuit.*

VII. *Perfectiſſimus docendi modus eſt, non per ſcripturam, ſed verbo docens.*

VIII. *Doctrina Chriſti ab hominibus non potuit comprehendi, ita neque libris aut ſcripturis declarari.*

IX. *Quod Deo & Chriſto placet, Eccleſiæ non diſplicet.*

Hierem 31. Heb. 8. VIGVIT noſtra ætate hæreticorum ſecta, quæ ita ſuis ſectatoribus Spiritus Sancti abundantiam pollicebatur, vt quæcunque in mentem facienda veniret, Spiritus Sancti opera eſſe exiſtimarentur: pro ſua autem hæreſi confirmanda, verbis iſtis Pauli à
Exponitur propoſitio Hieremia deſumptis, quibus à Paulo probatur, legem euangelicam eſſe gratiam Spiritus Sancti, quæ in cordibus fidelium diffunditur, vtebantur. Inquit enim: *Dabo legem meam ſcriptam in cordibus eorum, & non docebit vnuſquiſque proximum ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum. quoniam omnes ſcient me, à minore vſque ad maiorem.* Ecce (aiunt) quòd Spiritus Sanctus ſine externis adminiculis docet, & mouet corda fidelium. Confirmabant eorum veſaniam, quoniam Chriſtus nihil ſcribens dixerit: Spiritus veritatis, quem ego mittam vobis à patre, docebit vos omnem
Ioan. 15. veritatem. Igitur Ieſu Chriſti veritas non à libris ſiue ſcripturis, ſed à Spiritu Sancto, qui eſt in cordibus fidelium, habetur. Profectò neſcio, an

an nequior, aut peſtilentior poſſit inueniri ſecta, & quæ ad omnia mala patentiores faciat aditus, quàm iſta. Omnia enim quæ vult credit, & quæ non vult non credit; quæ vult facit, & quæ non vult non facit: impietatem habet pro pietate, & vitia exiſtimat virtutes, &c. Euenit in quadam Italiæ Ciuitate, vbi hęc ſecta ſibi plurimos adiunxerat; Quòd quidam volens amici ſui conſtuprare filiam, hoc aſtu vſus eſt. Dixit amico, Spiritus Sanctus mihi dicit quòd cum vxore tua dormiam, ille Spiritui ſancto credēs annuit, domumque reuerſus, imperat vxori cænam parare, cubiculum, & lectum ſternere, & quicquid amicus, ad cœnam veſperi venturus, iuberet, exequi, & ad amicum alium diuertit. Sub noctem autem venit amicus conſtuprator, cœnatur hilariter, & poſtea petit, vt filia (quæ virgo erat) ſecum dormiret; paruit mater, paruit filia, propter imperium mariti. Reuertitur mane maritus, percunctatur quid factum ſit. Cognita autem re, accepit pugionem, & proſiliens in plateam, inuentoque filiæ conſtupratore ait: Num dixiſti Spiritum Sanctum iubere, quòd cum vxore mea concūberes? Cur ergo mentitus es Spiritui Sancto, & cum filia concubuiſti? Et modò mihi quoque dicit Spiritus Sanctus, vt te interficiam; ac ſimul tribus aut quatuor ictibus percuſſum proſtrauit; vnde manifeſtata ſecta, per principes Chriſtianos deleta eſt. Sed ad intelligentiam verborū Hieremiæ, & Pauli reuertamur. Hieronymus Hiere-

Secta hæc nequiſſima.

Exemplum pulcherrimum.

Exponitur propoſitio remiæ locum exponens, ait: Hoc teſtimonio Apoſtolus Paulus vſus eſt ad Hebræos, omneſque deinceps Eccleſiaſtici viri in primo Sal uatoris aduentu dicunt vniuerſa completa, & nouum teſtamentum, hoc eſt, Euangeliũ ſuc ceſsiſſe veteri teſtamento, à quo legem literæ in legem Spiritus commutatam: vt omnia quoque ſacrificia & circuncifio, & ſabbathum ſpiritualiter complerentur. hæc ille. Iuxta ergo ſententiam Hieronymi, intelligit Hieremias vetus teſtamentum ceſſaturum, & nouum ſuperinduci debere. & ſicut illud in tabulis lapideis fuit ſcriptum, ita & hoc in mente credentium fore ſcribendum. & parum infra ſequitur Hieronymus: Cumque ſcriptum fuerit Domini teſtamentum in mente credentium, ipſum eſſe eis in Deum, & illos in populum, vt nequaquàm iudaicos quærant magiſtros, & traditiones & mandata hominum; ſed doceantur à Spiritu Sancto, ſi tamen audire mereantur, Templum Dei eſtis, ſpiritus Dei habitat in vobis 1. Corinth. 3. Spiritus autem ſpirat vbi vult, & diuerſas habet gratias. notitiaque vnius Dei omnium virtutũ poſſeſsio eſt. Et hoc inquit fiet: *quia propitius ero iniquitati eorum, & peccati eorum non recordabor amplius.* Huculque Hieron. Videtur autem illa verba, *& non docebit vnuſquiſque proximum ſuum*, ad id referre, quod Apoſtolis tanta ſe Spiritus Sancti gratia infudit, tantaque ſcripturarum, & rerum diuinarum cognitio data ſit, vt rabinis veteribusque magi-

Marginal notes: Hebr. 8. 1. — Hierony. Exod. 37. 11. Leuit. 16. — 1. Cor. 3. Ioan. 3. — Heb. 10. — Act. 1.

giſtris pro ſcripturarum intelligentia non egerent, & eis maiorum traditionibus, Gloſſema, & interpretationibus ad myſteria Dei capeſcenda, non eſſet opus. Adſtipulatur huic ſententiæ Aymo ſuper cap. 8. Epiſt. ad Hebræos ſcribens: cuius verba ſunt: Hoc autem quod dicit: *dabo leges meas in mentem eorum, & in cordibus eorum ſuperſcribam eas*, ſpecialiter ad Sanctos Apoſtolos pertinet, qui gratiam noui teſtamenti non habuerunt ſcriptam in tabulis lapideis, nec in membranis, ſed in mēte, & in cordibus ſuis diuinitus exaratam habuerunt. Et paucis interiectis ſubiungit. Nos autem partim in cordibus, plenius autem in membranis ſcriptam habemus ab illis nobis relictam, vt in illis meditando exerceamur. hactenus Aymo. Itaq; cùm Hieremias de primo Chriſti aduentu, deq; diſcipulis illius, ſuper quos miſſus eſt Spiritus Sanctus fuerit vaticinatus, impiè agunt, & peruersè iſti Hæretici, cùm abundantiam Spiritus Sancti, † quæ primis temporibus in Apoſtolis erat, ſibi nunc vſurpare, & de eis Hieremiam prædixiſſe aſſerere conantur. Lyranus hæc eadem verba enarrans, & noſtræ cōſentiens veritati ait: *Et non docebit vnuſquiſque proximū ſuum.* Hoc poteſt intelligi dupliciter. Vno modo de cognitione viæ, & ſic iſtud verbum refertur ad Apoſtolos, qui omnes inſtructi fuerunt immediate à Chriſto, & nō vnus ab alio. Vnde & Paulus, qui fuit poſterior dicit ad Gal. 6. Notum vobis fratres facio Euangelium quod

Aymo ſuper cap. 8. ep ad Heb.

2. Cor. 3.

Act. 2.

II.

Lyranus.

Duplex expoſitio. Prima.

Gal. 1.

quod euangelizatum eſt à me,quia non eſt ſecundum hominem,neque enim ab homine accepi illud,neq; didici,ſed reuelatione Ieſu Chriſti.
Secunda. Alio modo poteſt intelligi de cognitione patriæ,& tunc refertur ad omnes Beatos, ſpecialiter poſt iudicium futurum,Quia modò Angeli ſuperiores illuminant inferiores de his quę pertinent ad explenda miniſteria propter electos. Sed peracto iudicio ceſſabit talis illuminatio. Et hæc expoſitio vltima magis concordat literæ.Quocunque ergo modo verba illa accipiantur,huic pernitioſæ hæreſi ſubſeruire non
IIII. poſſunt. † Neque tamen hoc dicimus,vt Spiritum Sanctum in quolibet fideli negemus eſſe poſſe; quia ſcriptum eſt: Templum Spiritus Sancti eſtis vos: ſed dicimus,Hieremiam non
1. Cor. 3. de hac exitiali pernitioſaque ſecta,ſed de Apoſtolis fuiſſe vaticinatum. De alijs autem aſſerimus ſicut dixit Aymo,quòd partem legis Chriſti habemus in corde, plenius autem in libris
Matt.11. Ioan 15. Eph.5. 1.Tim.1. ab Euangeliſtis & Apoſtolis conſcriptis: Spiritus Sancti autem gratia, quæ in nobis eſt, id præcipue operatur, vt lex Chriſti grauis non ſit,aut amara: ſed leuis & dulcis, & quod quæcunque egerimus, per amorem, dilectionem, & charitatem operemur,eo ſcilicet modo,quo dicebat Apoſtolus,Iuſto non eſt poſita lex.Pau
Hebr.8. li autem ſenſus ex poſtremis verbis illius capitis manifeſtè habetur. Ait enim: *Dicendo autem nouum, veterauit prius; quod autem antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt.* Ex eo enim quod Do-

Dominus per Ieremiam prophetam teſtamentum, cuius eſt mediator Chriſtus, vocauit nouum, oſtẽdit primum teſtamentum eſſe vetus: Quod autẽ eſt vetus ſeneſcit, quod ſeneſcit antiquatur: quod antiquatur perit. † Igitur nouo V.
in perpetuum viuente teſtamento, vetus eſt obliteratum. Et hæc eſt Pauli ſententia, atque illius loci concluſio.

Illud autem quod afferunt Chriſtum nihil ſcripſiſſe, ſed Spiritum Sãctum, qui omnia doceret, miſſurum ſe promiſiſſe, non ſatis ſufficiẽs eſt ad hæreſim confirmandam, & ei reſpondet Lyranus: † Quod Chriſtus nihil ſcribere debu- VI.
it, tum quia perfectiſsimus modus docendi eſt, Lyranus.
non per ſcripturam, ſed verbo docere: & ideo Chriſtus verbo, non ſcriptura docuit. † Opor- VII.
tuit autem diſcipulos ſuos ab ea docendi perfectiſsima ratione deſcendentes, nõ modò verbo, ſed ſcripturis docere. Quod equidem fecerunt, tum quia doctrina Chriſti, quæ de cœlis allata eſt, & de ſinu patris cœleſtis deſcendit, tantæ eſt perfectionis, & eminentiæ, quòd ne dum eam libri, ſed nec ipſi homines capere poſſunt. † Quamobrem ſicut nõ potuit doctri- VIII.
na Chriſti ab hominibus comprehendi, ita neque libris ſiue ſcripturis declarari. Vndè Euangeliſta Iohan. vltimo ſui Euangelij cap. ait: Sũt autem & alia multa, quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum mũdum arbitror capere poſſe eos qui ſcribẽdi ſunt libros. Quod (vt ait Auguſtinus) intelligendum eſt, nõ pro- Auguſt.

pter exceſſum quantitatis molis, ſed virtutis. Iccirco igitur ratio minime concludit: Chriſtus nihil ſcripſit; Ergo ſcripturis non eſt deferendum. Siquidem & ſi iuſta ratione Chriſtus, vt dictum eſt, in chartis non ſcripſerit, ſcripſit tamen in cordibus Apoſtolorum, quibus ea iuſſit literis mandare, quæ neceſſaria euangelicæ doctrinæ viderentur.

Ioan. 15. Id etiam quod addũt, quòd Spiritus ſanctus quem à patre miſſurus erat Chriſtus doceret omnem veritatem, vnde Spiritui ſancto in cordibus hominum dictanti non ſcripturis, & literis obtemperandum eſt; non cogit. Quandoquidem ad Apoſtolos, quibus ſine ſcripturis diuina omnia myſteria reuelata ſunt, verba referuntur.

De neceſsitate autem Sanctæ ſcripturæ in lege euangelica præter Spiritus ſancti præſentiam optimè docuit B. Thomas 1.2. quæſtio. 106. artic. 1. Vbi quæſtionem illam diſſoluens, vtrum lex noua ſit lex ſcripta, inquit: In lege euangelica aliquid eſt principale, à quo ipſa lex denominatur: & aliud eſt conſequens, ſiue accedens: principale, eſt gratia ſpiritus ſancti, quę datur per fidem Chriſti fidelibus. Quod ait Apoſtolus ad Rom. 3. Vbi eſt ergo gloriatio tua? excluſa eſt, per quam legem? Factorum? non, ſed per legem fidei. hic ipſam fidei gratiam legem appellat, & expreſsius ad Ro. 8. dicit, Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati, & mortis. Conſequens verò & ſecundarium

B. Tho. q. 106. art. 1.

Rom. 3.

Rom. 8.

dariũ in lege Chriſti eſt illud, quod diſponit intellectum ad cognoſcendum diuinitatem vel humanitatem Chriſti: & rurſus illud quod ordinat affectum atque voluntatem, vt capax ſit gratiæ ſpiritus ſancti, & mundum contemnat. Sed quia hic vſus ſpiritualis gratiæ in operibus virtutum conſiſtit, oportuit literis declarari, & multis modis ad ea virtutum opera homines exhortari, vt quid faciendum, quidúe implendum, ſiue poſtremò cauendum & fugiendum pleniſsime noſcerent. Qua de re licèt ſpiritus Ioan.15.
ſanctus docturus eſſet omnem veritatem: Oportuit tamen Euangeliſtas, Apoſtolos, ſanctamque Eccleſiã ſanctè illa conſcribere, quę ad ſalutem neceſſaria probarentur. Imò hinc ſpiritus ſancti præſentia, illiusque illuminatio, doctrina, ſenſus, & impetus probanda ſunt, ſi cum veritate eccleſiæ, quæ Chriſti & ſpiritus ſancti ſenſum habet conueniunt. † Manet enim fir- IX.
mum & immobile, nihil Deo & Chriſto placere, quod diſpliceat Eccleſiæ. Eſt autem impudentis præſumptuoſique animi, ſe ſpiritum ſanctum habere profiteri; à quo ad omnia opera ad omnesque actiones impellatur. Scribit enim Eccleſiaſt. cap. 9. Nemo ſcit, vtrum odio, vel amore dignus ſit. Et Apoſtolus ait: Angelus Sathanæ transfigurat ſe in Angelum Lucis. Quis ergo eſt, qui perſuaſiones ſathanæ à Eccleſ 9. 2.Cor.11.
perſuaſionibus ſpiritus ſancti ſecernere poſsit, niſi diuinis ſanctisq; literis adiuuetur? Hinc B. 1.Pet.5.
Petr⁹ admonebat dicẽs: Sobrij eſtote & vigila-

te, quia aduerſarius veſter Diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. In fide autem reſiſtitur ei, cùm contra ſanctam ſcripturam, & eccleſiæ ordinationes perſuadenti nõ conſentimus, acquieſcimúſve.

EXPLICATIO LXXIIII.

Vade ſume tibi vxorem fornicationum, &c. Oſeæ 1.

S V M M AE.

I. *Myſteria & medulla hiſtoriæ & ſcripturæ ſunt contemplanda non literæ aut cortex.*

II. *Tria ſunt quæ prophetam excuſant, quòd ad fornicariam acceſſerit.*

III. *Coitus cum coniuge à coitu cum meretrice quid differat.*

IIII. *Oſeæ figura quid ſignificabat.*

V. *An mulier iſta eſſet fornicaria corpore vel mente.*

Oſeæ 1. VOluptuoſi hæretici, & ad omnia carnis vitia propenſi, hoc ſancti prophetæ exemplo nituntur oſtendere: Fornicationem non eſſe peccatũ: Si enim (aiunt) crimẽ eſſet Fornicari, neque Deus Prophetæ ad fornicariam accedere iuberet; Neq; caſtus, & ſanctus Propheta fornicantem mulierem complecteretur. Falluntur verò maximè: Quia corticẽ

Exponitur propoſitio 1. hiſtoriæ, non medullam, † literam ſcripturę, nõ

my-

myſteria contemplantur. Sanè Prophetam iuſtum,& impollutum tria ſunt quæ in hoc actu, quod ad fornicariam acceſſerit,excuſant.† Primum quòd non libidine percitus,ſiue explendæ libidinis cauſa fornicariam duxit,ſed vt Diuino pareret mandato. † Multum enim habent diſcriminis res,quo animo fiant. Quippe coitus cum coniuge nihil differt à coitu cum meretrice;niſi quia ille eſt legitimus, quoniam fit propoſito maritali:hic verò malus, & damnabilis, quia animo meretricandi patratur. Interficit homicida,interficit iudex,ſed hic legitimè,ille verò illegitimè:neq; differunt præterquàm in animo occidendi. Occidit Cayn Abel, ſed ex inuidentia,& ideo condemnatur,Gene.4. Occidit Phinees fornicantem; ſed zelo diuino afflatus; vnde laudatur à Domino,Num.25. Excuſantur Iſraelitæ quòd furto expoliauerint Aegyptios propter Domini præceptum:ita ferè excuſatur Oſeas quòd diuino parens mandato fornicariam ducere non timuit. Secundum quod immunem facit prophetam à culpa fornicationis,eſt, quia non acceſsit ad fornicantem vt fornicaretur, ſed quò eam duceret in vxorem, & ex fornicaria, & mala faceret honeſtam, & pudicam: Modò quis boni viri animum reprehenderet,ſi mulierem à lupanari,& fornicatonibus ereptam,caſtam efficeret? Non ita ſunt fornicatores hæretici, qui neglectis legitimis coniugijs aſsiduè cum fornicatoribus verſantur; & quales,aut quantas poſſunt mulieres ad artem

II. Primum.

III.

Geneſ.4.

Num.25.

Secundum

Tertium. meretricam inducunt. Tertium, quo excuſatur Propheta eſt illud, quòd actus illius prophetiIIII. cus, & figuratiuuſque eſſe perhibetur: figurauit enim populum Iſraeliticum Idololatram futurum, & ſpirituali fornicatióne fornicantem à Domino: & tamen Chriſtus hanc fornicariam ſynagogam duxit in vxorem, & innumeris fornicationibus ablutis, caſtam, & immaculatam, non habentem maculam, neque rugam, reddidit. Similiter typicè præfigurata eſt gentilitas, quæ plus ſatis atque diu cum idolis, & Dæmonibus in eorum lupanaribus verſata, tandem ad Eccleſiam reuertens, in vxorem ſponſi cœleſtis ſuſcepta eſt. Hæc ex Beato Hieronymo ſuper Oſeam, & B. Auguſtino lib. xxij. contra Fauſtum cap. 8o. decerpta ſunt. Scribit Dionyſius Carthuſianus in hunc locum: Ita Dominus iubet ſancto Oſeæ, vt fornicariam ducat, ad deſignandum propheticè; Quòd populus Iſrael, & etiam Regnum Iudæ ſpiritualiter fornicaretur, recedendo à Deo per Idololatriam, vel potius per Idololatriæ multiplicationem; Quemadmodum in Regno Iudæ fuit impletum tempore Achaz. Huius autem matrimonij myſtica ratio ſubinfertur: Quia fornicans fornicabitur terra, id eſt, populus decem tribuum, & etiam Regnum Iudæ à Domino. & hæc repetitio, ac ingeminatio fornicans fornicabitur, exprimit vehementiam, & multiplicationem Idololatriæ vtriuſque Regni; Itaque deſponſatio fornicariæ fuit propheticum

Hierony. ſuper Oſe. Auguſt. li. 22. contra Fauſtum cap 8o. Dionyſ. Carthuſ in hunc locũ. 4 Reg. 16. 2 Para. 28 Myſtica ratio huius matrimonij. Fornicans fornicabitur exponitur.

ticum ſignum, quòd populus Iſrael Idololatriæ adhæreret. Tenuit etiam Oſeas figuram Chriſti: per hoc enim, quod duxit gentilem, ſeu meretricem, figurabatur, quòd Chriſtus Eccleſiam ex gentibus collectam, ſibi in ſponſam & vxorem acciperet; hæc ille. Et ante eam, venerabilis Lyranus hunc locum examinans ait: Dicunt aliqui, quod iſta mulier, quam duxit Propheta in vxorem, prius erat meretrix publica, & quamuis vile eſſet eam accipere, Propheta tamen ſe humiliauit in hoc, volens Deo obedire: ſicut Iſaias quamuis eſſet de genere Regio, iuit tamen nudus, & diſcalciatus, vt obediret Deo. Dicit tamen Hierony. in prologo, quòd hæc mulier nō fuit fornicaria fornicatione corporis, ſed fornicatione mentis, quia erat idololatra, & gentilis: & hoc videtur verius, quia per hoc ſignum magis reſpondebat ſignato, ſcilicet futuræ populi idololatrationi, quæ per hoc ſignificabatur. hæc ille. Quamobrem nullo modo fornicatores poſſunt Prophetæ exemplo tueri, fornicationem non eſſe peccatum, aut diuinā iram illi non eſſe paratam: ait enim Paulus ad Hebræos: Fornicatores, & adulteros iudicabit Dominus. & 1. Cor. 6. ſcripſit, Fornicarij, & adulteri Regnum Dei non poſſidebunt.

Lyran. in hunc locū.

Iſai. 20.

Hierony. in prolog.

Heb 12:

1. Cor. 6.

A Regno autem Dei niſi propter peccatum mortale excluditur nemo.

EXPLICATIO LXXV.

Et dixit ad eos: tollite me. Ionæ. 1. C.

SVMMAE.

I. *Seipſum Occidens damnatus eſt.*

II. *An propter virginitatem & pudicitiam ſeruandam liceat ſibi propria manu mortē conſciſcere.*

III. *Non committitur ſcelus per carnem, niſi anima carni conſentiat.*

IIII. *Fœminæ quæ ſeipſas occiderunt, & ab eccleſia in veneratione tenentur, hoc fecere diuinitus inſpiratæ.*

NONNVLLI verba S. Prophetæ legentes, docuerunt, licere homini ſeipſum interimere, vt commiſſa peccata expiaret: imò eos eſſe martyres; qui ita pro diluendis criminibus mortem oppeterent: propterea quòd maximum oſtēdunt commiſſi criminis dolorem, & extremam aſſumunt ſatisfactionis pœnam, cùm vitam deſerunt. Huius erroris, imò hæreſis author fuit Petilianus donatiſta. Ad eum verò errorem confutandnm illud ſufficere deberet, quòd cùm in ſacra ſcriptura bona opera, & quæcunq; ſatisfactionum genera oſtendantur; Nullibi tamen de ſuiipſius nece, atque interfectione fit mentio; neque ſcriptura hoc ſatisfactionis genus, cùm ſupremū inter alia & maximū eſſet, prętermiſiſſet, ſi ex ſui ipſius nece fieret ſatisfactio. Sed ſufficiat quòd

Hoc loco abuſi ſint.

Petilia. donatiſta author huius hæreſis.

Expon'tur propoſitio

quod eadem ſcriptura hominem (etiam dolore peccati) ſeipſum perimentem deteſtatur; it & æternæ damnationi adiudicatum declarat. I.
Nam de Iuda, ob dolorem traditionis Chriſti ſeipſum ſuſpendentem, ſic apud Matth. 27. loquitur: *Tūc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus dicens: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum, & abiēs laqueo ſe ſuſpendit.* Iudam autem propterea fuiſſe damnatum, & nullo modo martyrem, Propheta, pſal. 106. teſtatur. Cùm iudicatur (ait) exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum: fiant dies eius pauci, & epiſcopatum eius accipiat alter. Quæ verba act. 1. interpretatus Beat. Petrus, de Iuda accipienda eſſe docuit; & illius damnationem lucidius explicauit dicens: De quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum. Itaque hæreſis eſt, ſentire peccata hominis morte ſibi illata expiari, vel eam loco martyrij computari.

Matt. 27.

Pſal. 106.

Act. 1.

II.
Alij verò aſſeruerunt, propter virginitatem, ſiue pudicitiam conſeruandam tantum licere mortem ſibi propria manu conſciſcere: Huius autem opinionis author videtur fuiſſe Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, qui lib. 8. Eccleſi. hiſt. mirum in modum laudat quaſdam admirabiles fœminas, quæ pudicitiæ conſeruandæ cauſa, ne in manus perſecutorum inciderent, ſe in fluuium proiecerunt. Et de Sophronia nobiliſſima muliere Romana, & vxo-

Euſeb. Cæſa. lib. 8. eccleſi. hiſto.

re Præfecti Vrbis,ne à Maxentio tyranno (à quo ad ſtuprum miſsis ad eam miniſtris cogebatur) violaretur, refert, quòd facta ad Deum oratione, accepit mucronem. & proprium pectus tranſuerberans animam exalauit: Vnde hæc veluti præclariſsima geſta, & Christianæ religioni conuenientia, ſuſcepta, & martyria exiſtimata ſunt. Euſebio videtur conſẽtire Hieron. qui in commentariis ſuper Ionam prædicta verba expones ait: Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab aliis libenter excipere: vnde & in perſecutionibus non licet propria perire manu, abſque eo, vbi caſtitas periclitatur, ſed percutienti colla ſubmittere. Hæc Hieronymus.

Hierony. ſuper Ionã

Verùm B. Auguſt. lib. 1. de Ciuitate Dei, lõgo progreſſu conatus eſt oſtendere, nulla ratione licere homini ſibi manum inferre. Vnde c. 17. ait. Nàm vtique ſi non licet priuata poteſtate hominem occidere vel nocentem, cuius licẽtiam occidendi lex nulla concedit; profectò etiam qui ſeipſum occidit homicida eſt: Et tanto fit nocentior, cùm ſe occiderit, quanto nocẽtior in ea cauſa fuerit, qua ſe occidendum putauit. Et libro eodem cap. 20. aſſumens præceptum illud Exo. 20. Mat. 5. Non occides. Oſtendit generaliter, neque adipiſcendæ immortalitatis cauſa, vel vllius carendi cauendiq; mali occaſione, licere nobiſmetipſis necem inferre. Quippè his verbis, omnis hominis occiſio preter eam, quæ iudicis præcepto fit, prohibetur.

Aug. lib. 1. de ciuit. cap. 17.

Eodem li. cap 20.
Exod. 20.
Matth. 5.

Cùm

Cùm ergo non liceat occidere alium, multo igitur minus licebit occidere ſeipſum. Neque ab re lex generaliter ait: Non occides, & non ſubdit, proximum tuum: ſicut de falſo teſtimonio explicauit dicens: falſum teſtimonium non dices aduerſus proximum tuum; quo videlicet inde intelligeremus, nõ eſſe licitum hominem occidere; Namq;, nõ occides alterum, ergo nec te ipſum. Neque enim qui ſe occidit, aliud quã hominem occidit: hæc ibi ex Auguſt. Accedit ad hæc. Quòd Natura ipſa mortem abhorret, quòd non modo in imperfectis hominibus; ſed in iuſtis quoque, & in ipſo capite Chriſto, qui mortem horruerunt, experimur. Negari igitur non poteſt, eum, qui ſe ipſum interficit, contra rectam rationem, totiuſque naturæ inclinationem non agere: & ideo neque ei licere, neque id ſi fecerit carere poteſt peccato Nam & Ariſtoteles. 3. Ethicorum cap. 10. naturam ſequutus, hanc ſententiam his verbis explicauit. Mortem autem ſibi conſciſcere ob fugiendam inopiam; aut amorem, aut aliud quicquam graue, nõ fortis eſt hominis; ſed magis timidi. Eſt enim mollities laborioſa fugere. Nõ enim quia mors honeſta ſit, appetit ipſam, ſed quia malũ deuitare ſe putat. Ariſt 3. Ethicorũ 10.

His verò, qui cẽſent ob id eſſe permiſſum ſe ipſum necare, vt futura peccata euitentur, reſpondet idem Aug. eodẽ libro, ca. 25. Quod cũ veritas manifeſtè proclamet deteſtabile facinꝰ, & damnabile ſcelus eſſe, ſe ipſum hominem Aug. eodẽ lib. cap. 25.

occidere ; Nemo dicere debet : Iam peccemus nunc, ne forte poſtea peccemus : iam nũc perpetremus homicidum, ne forte poſtea incidamus in adulterium. Melius enim ſibi putare debet incertum de futuro adulterium, quàm
IIII. certum de præſenti homicidium : † non committitur ſcelus per carnem, niſi carni conſentiat anima : faciant ſacrilegi quidquid valent in corpus, & ſtupratores quantum poſſunt maculent illud: Nullum eſt vitium, nullum committitur ſcelus, integra perſeuerat ſanctitas, inuiolata cuſtodita eſt virginitas ; ſi anima, & non peccandi voluntas immobilis perſeueret : Reponatur in Deo omnis confidentia, ab eo petatur auxilium, certoq; ſciatur, inuocantibus eũ ſemper adeſſe. Quod ſi ſuo infallibili conſilio, labi hominem ſinat, vt per carnis infirmitatem peccato conſentiat : ſatius eſt flagitium committere, quod penitendo ſanetur; quàm tale facinus, vbi locus ſalubris indulgentiæ non relinquatur.

Aug. eodẽ lib. cap. 21. Alijs autem, qui homicidia, & ſuorum ipſorum neces in ſacra ſcriptura laudatas adferebant: eodem lib. cap. 21. idem Auguſtinus reſpondet; Quod ijs exceptis, quos Deus occidi iubet, ſiue data lege, ſiue ad perſonam pro tempore expreſſa viſione: quicunque aut alios, aut ſeipſos interfecerint, homicidiorum rei ſunt habendi. Nam iudices iuxta legem occidentes, homicidæ non ſunt, (non enim ipſi, ſed leges occidunt:) Qui etiam Deo auctore bella geſſerunt,

runt, non homicidia & mortes hominum, ſed obedientiam, & Dei præcepta ſecuti fuere. Quare Abraham non eſt culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus eſt nomine pietatis, quòd voluerit filium, nequaquam ſceleratè, ſed obedienter occidere. Excipiuntur quoque illi, quibus pro tempore diuino ſpiritu reuelatio facta eſt. Nec enim Sampſon aliter excuſatur, quòd ſeipſum cùm hoſtibus ruina domus oppreſſit, niſi quòd latenter ſpiritus hoc iuſſerat, qui per illum miracula faciebat: Qua de re ijs exceptis, quiſquis hominem, vel ſeipſum, vel quemlibet occiderit (inquit Auguſtinus) homicidij crimine innectitur. Geneſ. 22. Iudic. 16.

Poſtremò illis, qui ſanctarum fœminarum tempore perſecutionis mortes ſibijpſis illatas, ſeu martyria producebant, ita eodem lib. cap. 26. ſatisfacit. †Sed quædam, inquiunt, ſanctæ fœminæ tempore perſecutionis, vt inſectatores ſuæ pudicitiæ deuitarent, in rapturum, atque necaturum ſe fluuium proiecerunt: eoque modo defunctæ ſunt; earum martyria in catholica eccleſia veneratione celeberrima frequentantur. De his nihil temerè audeo iudicare. Vtrum enim eccleſiæ fide aliquibus dignis teſtificationibus, vt earum memoria ſic honoret, diuina perſuaſerit auctoritas, neſcio, & fieri poteſt, vt ita ſit. Quid ſi hoc fecerunt nō humanitus deceptæ, ſed diuinitus iuſſæ; nec errantes, ſed obedientes? ſicut de Sampſone aliud nobis non eſt fas credere. Cùm autem Deus iubet Eodem lib cap. 26. V.

ſeq; iubere ſine vllis ambagibus intimat, quis obedientiã in crimen vocet? quis obſequiũ pietatis accuſet? hæc ibi Aug. Et in Epiſtola ad Dulcitium tribunũ cõtra Donatiſtas, quæ eſt 61. infra in 2. tomo, loquens de Razia ſeniore, qui gladio ſe peremit, ne comprehenderetur à militibus, eligens nobiliter mori potius, quàm ſubditus fieri peccatoribus, & cõtra natales ſuos indignis iniurijs agi, 2. Macha. 14. cap. inquit; Quod & ſi in libris illis laudatus fuerit Razias, eius tamen factũ non laudatur, & iudicandum potius, quàm imitandum proponitur. verba illius ſunt, Nó enim bonum eſt, omne quod magnum eſt, quoniã ſunt etiam magna mala: Deus dixit: Innocentem & iuſtũ ne occidas. Si ergo iſte innocens & iuſtus nõ fuit, cur ponitur imitandus? Si auté innocens & iuſtus fuit; quare innocẽtis & iuſti idé ſuijpſius interfector, putatur eſſe laudãdus? Hactenus Aug. Ex ijs igitur omnibus patere poteſt; mortẽ ſibi cõſciſcere quauis de cauſa nõ licere, niſi eis, quibus particulari ſpiritus reuelatione præceptũ ſit. Vnde illas fœminas, quæ pro tuenda pudicitia à ſanctis viris laudãtur, & earũ mortes, quaſi martyria, celebrãtur, particulari motione ſpiritus ſancti cõmotas cenſendũ eſt: Harũ verò exẽpla, nõ ideo à ſanctis proponũtur, vt oẽs ea ſine diſcrimine ſequi velint, ſed eos tantũ, quibus particulariter iuſſerit Deus. Quo modo potuerũt, Euſebius, Hieronymus, & Ambroſius intelligere, cũ earũ mortes laudarint.

Aug. in epiſt. ad Dulcitium contra Donatiſtas 61. in 2. Tomo. 14.

2. Mach. 14

Exod. 20.

Saluantur doctores aliam opinionem tenentes.

Explicit Prima Pars.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA

NOV. 1969